

haethontis res multi iique praeclari poetae narraverunt, sed et ea, quae Hesiodus de his rebus tradidit, et Aeschyli Heliades atque Euripidis Phaethon temporum iniquitate interciderunt. Apollonius Rhodius, Lucretius, Manilius ex huius fabulae ubertate, quantum suis rationibus commodum esset, delibarunt. Nonnus Panopolitanus eandem fabulam in Dionysiaca (l. XXXVIII., 105 — 434) copiose magis, quam luculenter exposuit, cum quo non iniucundum erit comparare Ovidium (Metam. I., v. 750 sq. et II., 1 — 400) et ingenio et arte longe multumque Panopolitano antecellente (conf. Voss. epist. mythol. tom. II., p. 211). Quod enim fuerunt, qui Nonnum alterum Homerum dicerent, est haec laus nimia nec minus vana, quam aliorum quorundam hominum, quos ne legisse quidem haec carmina appetat, reprehensio acerbior. Verum enim vero etiam Petrus Cunaeus (animadv. in Nonnum Panopol., imprimis p. 3, 5, 13, 16, 27, 31, 51, 57), Hemsterhusius (ad Lucian. tom. I., p. 279) atque Ruhnkenius (Epist. critic. II., p. 211) Nonnum vehementer exagitant. Qui viri quamvis sint docti et intelligentes huiusmodi rerum existimatores, tamen in existimandis Nonni carminibus iudicium mihi videntur ad normam direxisse cum aetati, qua Nonnus vixit, tum ingenio eius ac naturae, cuius vim insitam evellere nullo pacto potuit, parum accommodata. Rectius sane de Nonno senserunt Ionath. Aug. Weichertus (comment. de Nonno. Viteb. 1810), Ouvaroffius (libro, qui inscribitur »Nonnos von Panopolis der Dichter. Petropol.« 1817, § 3) et Moserus (comment. de Nonni vita, ingenio et scriptis, p. 11). Etenim quamquam et in compositione carminum et in dictione permulta sunt, quae iure reprehendantur, tamen si quis aequa trutina vitia laudesque Nonni examinarit, inveniet, hunc poetam nequaquam suis ac propriis bonis carere. Verum ignoratione eorum falsoque, quo tota illa aetas laborabat, ostentandae doctrinæ studio ad genus poesis delatus est, in quo, quia natura ei deerat, id non assecutus est, quod voluit. Nec tamén, si ab optimo quoque veterum epicorum vietus discedit, non is est, cum quo recentiorum poetarum pauci contendere possint. Quocirca haud iniuria Hermannus (Orphic. p. 690) eum novae quasi sectae auctorem ac principem fuisse dicit. Non magnus poeta erat Nonnus, inquit Naeckius (vid. eius comment. script. Bonnae 1835); erat magnus imitator Homeri utique et Callimachi. Esto. imitatores erant Alexandrini omnes ac de plerisque certe idem, quod de Nonno dici potest (conf. Aug. Matthiae annot. in Euripid. Rhes. p. 3 et 4). Erat Nonnus in imitando nonnusquam vitiosus et ineptus. Non infitior: at plerumque eo ipso lapsus est, quod a se suaque

oratione desciscere noluit: hoc modo si non aliud, id saltem assecutus est, ut certam sui ingenii notam carminibus suis expressam relinqueret. Quis sanus postulet, ut Appuleius Ciceronis ingenium sermonemque referat? Denique operaे pretium est legere Nonni carmina ac videre, hae literae senescente ingenio Graecorum magis magisque in deterius prolapsae quem exitum habuerint. Sed ut iam ad id aggrediar, quod mihi propositum est, in componendis Phaethontis rebus Hermannus (Opusc. Vol. III. p. 141) Nonnum Heliades Aeschyli ante oculos habuisse ex versu 267 coniicit: quae conjectura quam vera sit, alii videant. Etenim ego nunc quidem non id ago, ut de ipsius fabulae ratione disseram aut Nonnum cum Ovidio aliisque, qui de eadem re scripserunt, poetis comparem, sed omnem meam operam in orationem potissimum conferam et interpretis munere ita fungar, ut singulorum locorum summa breviter exposta verba locutionesve, ubi visum erit, exemplis undique ex ipso Nonno collatis illustrem: quod spero fore ut iis non inutile videatur esse, qui qualis sit huius poetæ dictio, non ignorant.

Itaque poeta res Phaethontis Mercurium facit hunc in modum enarrantem.

Sol Clymenen, filiam Oceani et Tethyos, in mari lavantem conspicatus, venustate eius capitur eamque uxorem dicit; quas nuptias Horae, Naiades, Luna, Hesperides et Oceanus cum Tethye coniuge summa laetitia celebrarunt (v. 105 — 141).

v. 105: ἀνδρομέσου, διόνυσε, βίου τερψίμαροτε ποιμήν. i. e. Bacche, laetitiae dator, qui vitam humanam miti flectis imperio.

ἀνδρόμεσος vox est homerica, frequens apud Nonnum, velut XL. 77, XLVI. 202, V. 317: — ἐη μαρφή. I. 425: — εον πρόσωπον. XXXI. 299: μέτωπον. XIV. 362: μαξός. M. E. Ioh. A. 98: — ἐη παλάμη; III. 424: φωνή; XXVI. 349: ιωή; XVI. 227: φοίη; XII. 258, XXII. 45: — εαι μέμιναι; XLVII. 55: — ἐη ἀνίη; XLVIII. 59: κακότης; XVI. 220, XXIII. 59. M. E. Ioh. P. 71: γενέθλη. E. 84: ἀνδρομέσην δὲ ὄψιμον νιεῖ δᾶκεν δλῆν ςχίσεν. i. e. pater mihi potestatem dedit iudicii in totum genus humanum aliquando exercendi. Nomini βίω, quod sciam, Nonnus id epitheton semel adiunxit, βιώτῳ pluribus locis.

Τερψίμαροτε in Odyssea et hymno in Apoll. est epitheton Ἡελίου itemque Nonnus XX. 334: Φαέθοντος τερψίμαροτον εἶδος et XLVI. 346: Φαέθων τερψίμαροτε dixit. Hoc loco idem epitheton non incommodè ad numen Bacchi λαομεγίμου, qui Nonno VII. 13: ἀπανμα ἀνδρομέσης μεληδόνος, scriptori Orphic. hymn. (hymn. 45, 7) φέρων πολὺ γῆς ἀπασιν appellatur, translatum est. Eodemque iure XIX. 43: Μέση dicitur τερψίμαροτος μήτηρ ἔρωτων (conf. Lucian. Amor. 12, tom. II. p. 410) et v. 51: καὶ σε Μέσην καλέσοντο κόρον τερψίμαροτον οὖν. Nec abhorret id epitheton a iucunditate verni temporis XI. 495: ή δέ (Ωρῶν) χελιδονίων ἀνέμων (conf. Horat. Carm. I. 4, 1, IV. 12, 5) τερψίμαροτον αὐρην ἔπτυε φυσιώσα. XL. 85: Ταρσὸν urbem, quam Dionys. Perieg. ἐύκτιμένην vocat, Nonnus τερψίμαροτον dicit. conf. v. 357, ubi Ταρσὸς ἀειδομένη πρωτόπτολις appellatur. Vid. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 869 et Steph. Byzant. s. v. Ταρσός.

βίου ποιμήν. Homero reges ac principes ποιμένες λαῶν dicuntur, Aeschylo et Euripi etiam navium et curruum rectores (conf. Aeschyl. Suppl. 770. Valcken. ad Eurip.

Phoeniss. 1147). Posteriores poetae audacia transferendae huius vocis eos, quos imitati sunt, etiam superabant. Nonnus I. 389. Iovem ποιμένα κόσμου. M. E. I. T. 82. Caesarem ἀτέρμονα κόσμου πομ. ibid. A. 200. Deum Opt. Max. ὑψίσχοντον ἀδύτων ἐπουρανίων πομ. VII. 28: Αἰώνα ἀενάου βιότοι π. et eodem libro v. 72: ἀενάου ἐτέων αὐτόσποτον π. I. 400: Ἐρωτα βίου φιλοτήτου π. XL. 370: Ἕλιου βροτέοι βίου δολι-χόσκουν (de quo epitheto vid. Lobeck. ad Phrynic. p. 649) ποιμένα et XXVII. 9. φιλογόεντα ἐτέων π. denique XVI. 337. Bacchum μένης πομ. dicit i. e. ut cum Silio loquar, sacri laticis largitorem.

v. 106: εἴ σε παλαιγενέων ἐπίων γλυκὺς οἴστρος ἐπείγει. i. e. si te cupiditas res antiquas vel fabulas audiendi cepit.

παλαιγενῆς. Eurip. Med. 421: παλαιγενέων λίξουσ' ἀουδᾶν. i. e. desinent dicere, quae veteres decantarunt. Apoll. Rhod. Arg. I. 1: παλαιγενέων κλέα φωτῶν. i. e. priscorum virorum laudes. Nonnus hoc epitheton tribuit hominibus, urbibus, vino, velut XI. 369 (λέγοτες) XLI. 266 (πόλεας) XIX. 174 (οἶνον). παλαιὸν οἶνον Pindarus quoque dixit Olymp. IX. 52, ubi Heinrichius (observatt. in auct. vett. p. 10) αἶνον legi maluit. at vid. Boeckh. ad h. l. Epigr. 571: μῦθοι παλαιγενέες.

οἴστρος apud Homerum asilus est, ad quam huius vocis significationem proxime accedunt ea, quae I. XI. leguntur, v. 192: ταῦρος πικρῷ δύστατα φοιτητῆρι δέμας πεκα-ραγμένος sc.: μύσαπος. Posthac vero hanc vocem usurparunt de quavis vehementiori commotione animi, de furore, libidine, dolore. Conf. Schol. ad Odyss. XXII. 300. Jacobs ad Maced. Epigr. 3, tom. XI. p. 209. Atque aestus amoris ac libidinis intelligitur IV. 181: ἡμαρτομένη νόσον οἴστρῳ. XLVI. 104: λυσσήτης οἴστρος. XV. 221: λαβρο-τέρῳ δεδοιημένος οἴστρῳ. XLII. 161: ὅφρα πούρη δασίη οἴστρον ἔδων (Bacchi sc.) πολύ-μυκῶν. VII. 285: εἰ μάρτες οἴστρον Ἐρώτων. XII. 384: Σερμόν ἔχων νέον οἴστρον ύπο φρένα. IV. 198: ἡμερόπις οἴστρος. VII. 256: Ζεύς πυριγλωκὴν πόδου δεδοιημ. οἴστρῳ. cf. XLII. 98. Adde XLVIII. 552: οἴστρον ἔχων ἀμοιβάτης Ἀφροδίτης. XL. 550: Κυπρι-δίῳ οἴστρῳ δεδοιημ. XXXIV. 97: γλυκὺς ἴμερόπις οἴστρος μύμενάντι. conf. XLVII. 349. XLVIII. 94. IV. 198. XII. 119. XIII. 551. XXVII. 641; desiderium autem ac luctus XII. 119: φιλίῳ δεδοιημ. οἴστρῳ; tum vero omnis cupiditas, ut belli et armorum, II. 23. XVI. 137. XXVI. 6. XXVIII. 305. XXIX. 3. XLVIII. 360 (μεθέπεις θρασούν οἴστρον φαρέτης): caedis perpetrandae, ut XLVII. 116: φοινίῳ δεδοιημ οἴστρῳ i. e. insanam agitati cupiditate occidendi Icarii; rei equestris XXXVII. 170: οἴστρον ἔχων Πισταῖν ἐλαιοκόμου ποταμοῖο, ἵπποσύνης ἀκόρητος. Achates enim ἐλαῖας Πιστίδιος. i. e. curuli certamine vincendi cupidissimus et ob id ipsum, ut ille Aristophaneus Phidippides, rei equestris studiosissimus erat. Multo brevius Homerus II. XXIII. 290: ὃς ἵπποσύνῃ ἐπέκαιστο. Eiusdem generis sunt XXXI. 121: οἴστρος χοροστασέης; I. 406: Καδμείης μοιδῆς οἴστρον ἔχων; XLVII. 59: οἴστρον ἔχων ἀκόρητον ἐφόρης. i. e. vini. adde XII. 367, 386. XV. 26. quibus locis insatiabilem sive insanam cupiditatem significat. XL. 439: κραδῆ φιλόπτο-λην οἴστρον ἀέξων. XLI. 272: φιλόπτολεν οἴστρον μεθέπουσα, studium urbis condenda dicit. XIII. 242: νόδον οἴστρον ἀτίθεος ἔσχεν ἀφούρης. i. e. spuria eum invasit cupiditas peregrinae terrae cum patria commutandae. XXXVIII. 257: μή ἐλεκνυ ἄντυγα πώλων δεδοκημένος οἴστρον ἔχοις cet. i. e. ne alia sidera cupiditate permotus currum flectas.

(confr. Manil. I. 740.) XXIX. 69: οἴστρῳ κτεάνων δεδοιημένος. M. E. I. B. 86: φιλοκτεῖνον τόνον οἴστρῳ βεβαγητέος; studium dicit quaestus faciendi seu divitiarum parandarum cupiditatem. ib. Z. 201: ἀργυρέης νούσου τόνον δεδοιημένος οἴστρῳ. i. e. Iudas Iscariotes, qui paullo infra 228 et N. 82: χρυσομανής vocatur. H. 74 amentia sive furor daemoniacus intelligitur: τεὸν τόνον οἴστρος ἐλαύνει δαίμονος ἡρόειο. confr. Θ. 159: ὅππι σε λύσσης δαίμονος ἡρόφροτος ἀλάστορος οἴστρος ἐλαύνει. LXI. 196: ἀλλοι γλυκὺν οἴστρον ἔχων κινάν cet. quo loco ipsas bestias dicit numine Veneris perdomitas feritatem exuisse (confer. Eclog. Virg. IV. 22. ibiq. interpret. Horat. Carm. I. III. 18, 15): sed lege totum hunc locum, qui non tam novitate imaginum, quam orationis quadam luxurie insignis, eiusmodi est, ex quo cognoscas, quo potissimum vitio Nonniana dictio laboret. M. E. Ioh. P. 41: δυσσεβίης σφαλερός οἴστρος. Π. 2: Σφασὺς ἄπιστος οἴστρος. III. 245: ἀλπλάγκτοι μιληδόνος οἴστρον ἔάσας. Cadmus enim iam a cura sororis per maria investiganda cessavit. M. E. I. P. 71: πένθιμος οἴστρος ἀνίης αὔδις (vel potius αὐτὸς. vide Struvii commentat. de exitu vers. in N. P. carm. p. 20) μετανίσσεται. i. e. haec tanta vestra maestitia in laetitiam se vertet. IV. 250: οἴστρον φουβάδος δημητῆς ἔχων ἐν πραπίδεσσι. i. e. vaticinio Phoebi stimulatus. III. 322: πατούψης ἐνεπων τεκνοσσόν οἴστρον ἀπέιλης. conf. Ovid. Met. III. 3: cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam Imperat et poenam, si non invenerit, addit Exilium cet. Itaque ad omnia, quae tamquam aculeis seu stimulis animum pungunt, quae accidunt, eum incendunt ac permovent, Nonnus hoc vocabulum transtulit curavitque, ut, quae qualesve sint res animum affidentes aut ipsae animi affectiones, ex adiectis ei vocabulo aut substantivis aut epithetis aut etiam verbis intelligeretur.

ἐπείγει. vox homérica. Est autem ἐπείγει incitare vel impellere, unde ἐπείγεισθαι (med.) festinare vel properare significat. cum vero ad animum transfertur, sonat idem, imprimis autem eius participium ἐπειγόμενος, concupiscere seu cupidum esse. XL. 239: ἵχνος ἐλεφάντων ἐπείγει. XVII. 89: Σατύρων ἵχνος ἐπείγων. XXXIII. 269: οὐδεὶς ἵχνος ἐπείγει δι' ἀστεος. M. E. Ioh. N. 149: προδέσιος ὅπῃ ποδὸς ἵχνος ἐπείγων. add. ε. 17, 23; Δ. 13; Θ. 41. XXVIII. 285: ταρού ποδῶν ἐπείγων. IV. 226: ἐπάρους ψήφῳ ἥρνα ἐπείγ. XXXVII. 8: ἡμέρους καὶ διηγήσας ἀνδρας ἐπ. IV. 250: Διὼς μιθὸς αἰὲν ἐπείγων οἱ ἀκούας ἐπέτρεψεν. Atque omnino exhortando sive monendo alieuius animum accuire vel incitare permultis locis significat, velut XXXVII. 133, 546, 668; XVIII. 7; M. E. I. B. 30; III. 66: ὁρχητῆρας ἐπείγων ἐσμαράγησε μέλος, ubi Graefius ἐπείγον scriptum maluit nec tamen negavit, posse servari scripturam ἐπείγων, si σμαραγδεῖν active diceretur. Prudenter sane ac circumspecte! Nam accusativo iunctum est σμαραγδεῖν. XXXVI. 90: αἰδὴς ἐσμαράγησε μέλος Ἄρεος. XXXIII. 98: λέβης ἐσμαράγησε ἐπικίνους ἥχω. XV. 55: ἐσμαρ. μέλος χαλκόποτον ἥχω. XXXIX. 388: ἐσμαρ. Θέτις ἐννυαλίου ἥχους μέλος. XXIV. 5: ἐσμαρ. "Ηη δι' ἥρος ἀπλετον ἥχω. XXVII. 25: καὶ κτύπου ἐσμαρ. πέλωρ. adde VII. 233; IX. 119; XIV. 352; XXXII. 102; absolute autem est positum XXVIII. 28: αὐλὸς ἐσμαράγησε. III. 235: δόναξ ἐσμ. Η. 251: παντοὶ ἥχω σμαρ. XVII. 345: τύμπανα ἐσμαράγησε καὶ ὠχρίσαντο μαχηταί. XIX. 106: Σατύροι σμαράγησαν. M. E. Ioh. Λ. 156: ἐσμαράγησε (Iesus) διαπονσίῃ τεῦ φωνῇ, ἔξιδι Δάζωρε. Apparet, verbum σμαραγδεῖν et absolutum esse et cum accusativo iungi.

qui si adiiciatur, esse ipsum sonitum, quem vox alicuius aut tibiae, tympana, cetera huiusmodi edant. Adde, quod animadvertis Struvius (vide comment. supra commemoratam. p. 21) nec dubium esse poterit, quin legendum sit ἐπείγων sc. αὐλός distinctionem tamen, quae est post vocem ἐπείγων posita, sublatam malim. Sed ut ad verbum ἐπείγεται revertar, ἐπείγεσθαι apud Nonnum multis locis reperitur, velut XIV. 374: ἐπείγετο σῶμα καρνήλου. eod. libr. 218: πᾶσα τὰ πείγοντα εἰς μόδον. adde XVII. 5, 138; XLVIII. 617; I. 510: ταχὺς εἰς ἐννέα ἀντρού ἐπείγετο. XXXII. 274: εὕποδι ταρσῷ εἰς φόβον τηπείγοντο i. e. in celerem fugam se converterunt. conf. XXXIV. 271; XXXV. 285; XLVIII. 262: ἐπείγε...ἐκ δόμου εἰς ἄλλον. Inde ἐπειγόμενος est festinans, citus, et aut nude ponitur, velut XIII. 196; XLI. 334; XLV. 4; XLVIII. 182. M. E. Ioh. M. 90 aut additis vocabulis πεδίλῳ, ποδὶ, ut XXXVI. 425: ἐπειγολέινω πεδίλῳ ηὔε κήρυξ. conf. M. E. Ioh. Γ. 127; Δ. 131; Β. 240: ἐπειγομένου ποδὸς ὥρη. conf. M. E. Ioh. Τ. 12. Tum de navi, curru vel equis dictum est, ut III. 31: τῆς ἐπειγομένης διὰ πόντου. XXXIX. 309: ἐλατήρων ἐπειγομέτρων πόνος. (conf. Odyss. XII. 205), quem locum imitatus est Tryphiod. v. 146, ubi vide annot. Wernickii. XXXVI. 348: ἐπειγολέινων ἐπὶ δίφρων. Deinde idem participium significat cupiditatem vel exspectationem alicuius rei, ut XXXVI. 394; XXXI. 107; X. 406; VII. 296. Cum infinitivo iunctum est ἐπείγω vel ἐπειγομαι XXXVII. 489: ἀερληπτῆρας ἐπείγων ἐριθματίνει περὶ νίκης. XL. 44: μαρναμένοι λέσοντος ἐπειγομαι αὐχένα τέμνειν. M. E. Ioh. M. 31: ἐπειγόμενοι δέ με λεύσσειν, οὐ κυρήσσετε. Ε. 59: ἐπείγετο ταῦτα τελέσσαι. Σ. 53: μολεῖν ἐπειγομαι. sed praetermissis aliis locis, qui permulti sunt, unum afferam, ex quo, quantum imitatio ab exemplo distet, intelligatur. Est libro XXIX. 157. Describam verba: ὡς δ' ὅτε ὁπός ταχυεργὸς ἐπειγόμενον γάλα πήξας χωνέης κυκών ἀπαλμέται ὑγρὸν ἔερσης, δφρα μὲν ἐντύνει πεπτηγμένον αἰπόλος ἀνήρ, κυκλώσας ταλάρους τύπῳ τροχοειδῆ ταρσῶν. Vides, totum hunc locum ex duobus homericis locis concinnatum esse, quorum alter est II. V. 902, alter Odyss. IX. 246. Apud Homerum altero loco haec leguntur: ὡς δ' ὅτε γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνεπήξει ὑγρὸν ἐόν, μάλα δ' ἦκα περιστρέφεται κυκώντι. At de homericō loco nihil attinet dicere: videsis annotatt. Heynii et Spitzneri: de Nonniano, qui stomachum movit Graefio, paullo accuratius agendum est. Itaque quod Nonnus ἐπειγόμενον scripsit, non est, quod miremur: erat enim haec varia scriptura homericī loci. conf. Eustath. p. 80 ed. Lips.: ἡ κατὰ ἐτέρου γραφὴν ὥσπερ ὑγρὸν γάλα ἐπειγόμενον υπὸ τοῦ κυκλῶντος συνεπῆξεν ὅπός. Neque illud adeo me quidem offendit, quod Nonnus ὅπὸν ταχυεργὸν vocat. Recte enim Eustath. eodem loco: ἔχει τι, inquit γάλα τητος ἡ λέξις τοῦ ἐπείγεσθαι — loquitur autem de altera scriptura ἐπειγόμενος — ὡς ἐπὶ ἐμφύκου λεχθεῖσα, εἴτε ἐπὶ τοῦ ὅπου νοηθείη, εἴτε ἐπὶ τοῦ γάλακτος. Nonnus, qui ἐπειγόμενον γάλα scripsit, non audacius locutus est, quam Homer. II. XXI. 362, cum dicit λέβητα vel potius aquam in lebete ζεῦν ἐνδόν, ἐπειγόμενον πυρὶ πολλῷ. Atque si apud Homerum aliquid iucunditatis habet, quod rei inanimae sensus tribuitur, non video, quid commiserit Nonnus, ὅπὸν adornans epitheto ταχυεργὸς, quod idem apud eum his fere locis reperitur. XXVIII. 79: ἡρόκος. M. E. I. E. 37: ἀναξ ἱστατο; Ν. 18: Ἰησοῦς ταχυεργὸς ἀνίστατο; I. 153: τούτου λισσομένου θεός ταχυεργὸς ἀκούει. Σ. 140; Τ. 68: Πίλατος. XVIII. 96: ἀπειλή, vox scil. domini segnitiem famulorum increpan-

tis fecit, ut negotium celerius conficeretur. Hoc loco ὀπός ταχυεργὸς vocatur, non inepte, puto: quippe; cum enim succus ficulneus ad coagulandum lac efficacissimus sit, poeta hoc ipso epitheto praesentis medicaminis vim declarat. Qui subsequitur versus 158, in libris ante Graefianum exemplum divulgatis post versum 160 collocatus erat. Graefius eum suo loco, quo pulsus erat, reposuit, simulque verbi κυκών, quod hominis sit, a Nonno ad ὄπον translati insolentiam excusat, sed ita, ut accuset. At hoc crimen levatur iis, quae Eustath. loco supra allato de vi ac significatione verbi κυκῶν tradidit. Apud Nonnum duobus, quod sciam, locis id verbum legitur, XIX. 288, ubi de Sileno in fluvium mutato sermo est: καὶ ἔσθιον κορυφοῦτο κυκώμενον ὑψηλόν, et XX. 336: ἀφτω δὲ σκοτίλων κύπη κυκώμενος, itemque 324: ἐπῶγτο κυκώμενος. utroque loco intelligitur rapidum ac turbidum flumen: hoc autem loco Nonnus succum ficulneum κυκῶντα appellat, quod simul atque lacti infunditur, id turbat et commiscet. Quae subsequuntur, ad imitationem alterius, cuius supra mentionem feci, loci homerici composita sunt: αὐτίκα δὲ ἦμασι μὲν θρέψας λευκοῖ γάλακτος πλεκτοῖς ἐν ταλάροις ἀμητάμενος κατέθηκεν. Qui hoc loco ab Homero τάλαροι, iidem paullo supra (v. 219) ταρσοὶ nominantur (vid. Schol. ad h. l.): quapropter Cunaeus loco Nonniano legi maluit τύπῳ τροχοειδεῖ τυροῦ. conf. XVII. 58. Graefius contra, si casei, inquit, mentio necessaria esset, maluissem ταλάροι τύπῳ τροχοειδεῖ τυροῦ. Nec tamen quidquam vir doctus mutat, sed totum locum hoc modo interpretatur: versans et formans coagulum in corbiculis secundum earundem formam orbiculatam. idem enim sonare ait ταλάροις atque ταρσούς. Vocabulum τάλαρος apud Nonnum IV. 141; XX. 245; XXXIV. 355: significat qualum Minervae; XIII. 189 calathum Cereris (vide Spanhem. ad Callim. hymn. in Cerer. v. 1.); XXVII. 286 calathum Metanirae (conf. hymn. homer. in Cerer. v. 161 et quae ad h. l. annot. Ruhnken.); et XVII. 57: πλεκτοῦ ἐν ταλάροις τεοπτηγέα τυροῦ δείγων (conf. Hom. II. XVIII. 568, ubi corbis vindemiaria intelligitur) sonat fiscellas, in quas caseum transferre solebant. ταρσός autem ea, quam hoc loco habet, significatione, semel, quod sciam, apud Nonnum reperitur. Posuit igitur utrumque vocabulum pari gradu aut quia alterum variis rebus condendis, alterum siccando utique coagulo aptum erat (vid. Apoll. lexic. s. h. v.) aut ostentandae doctrinae gratia. Ceterum conf. Colum. de r. r. VII. 8: et confessim cum concrevit liquor, in fiscellas aut in calathos vel formas transferendus est. et paullo infra: deinde ut formis aut calathis exemptus est. Sed haec hactenus: redeo ad locum, cuius interpretandi provinciam suscepit.

v. 107: μεθον ὅλον Φαέθοντος ἐγώ στοιχηδὸν ἐνέψω. i. e. totam fabulam, quae de Phaethonte prodita est, ordine enarrabo.

ὅλον. hanc vocis formam nec apud Homerum neque apud Hesiodum inveniri constat. conf. Butt. lexic. I. p. 184. Callim. Hymn. in Del. 72: ὅλη Πελοπονῆς. in Apoll. 2: ὅλον τι μέλαθρον. in Cer. 35: ὅλον πόλον. quos locos iam Ernestus enotavit. Apoll. Rhod. Arg. II. 680: σείετο νῆσος ὅλη. IV. 1166: ταρπαλῆς οὐκ ἐπέβημεν ὅλη ποδέ. Arat. Phaen. 727: ὅλον δέμας ὄψεως ήδη. Diosem. v. 900: φάτνη γίνεται ἀφαντος ὅλη. Quint. Smyrn. III. 159: γλωσσαν ὅλην ἀπέκεισεν. V. 643: ὅλη ὑπετύφετο νῆσος. VIII.

302: ὅλη ἐξέσσυτο νηδύς. Hi igitur pari in usurpanda hac voce: at Nonnus profus. nec eam frequentat modo, sed etiam ad vim pronominis πᾶς plurimis locis inflectit. de quo usu huius vocis vide Dorvill. ad Charit. Aphrod. I. IV. cp. 2. Ceterum satis erit ad demonstrandum id, quod diximus, de locis innumerabilibus hos attulisse. M. E. I. z. 67: γαῖαν ὅλην. 137: ὅλῳ κόσμῳ. XXI. 133: ὅλον φυτόν. XXX. 228: ὅλη θάμνον. XII. 244: ὅλην ποίην. XXVIII. 73: ὅλη ἀπήρνην. M. E. Ioh. T. 217: τύμφος γλυκπός ὅλος. XLVIII. 472: ὅλος ὀπτός Ἔρωτος. IX. 63: ὅλον σέλας στεγοπῆς. XXX. 31: ὅλῳ ἡωστῆς πόλιν μίτρωσεν Ἐνοσίχθων. i. e. urbs undique mari cincta erat. XXIX. 5: ὅλην χάρμην περιθέρωμε. XXXVII. 38: ὅλην μιηστίν τυνος θυέλλας ἀπογέιπτεεν. M. E. Ioh. E. 84: ὅλην κρίσιν νέετ δώκεν. XVII. 74: ὅλης μεριμνης ἀμπταυμα. XLI. 311: ὅλος ἀργυρος. XIII. 267: ὅλον ἥμαρ. X. 189: ὅλον εἶαρ. XXIV. 47; M. E. Ioh. M. 44: ὅλη δέμας. XLI. 232: ὅλον εῖδος. I. 44: ὅλα γυῖα. XXV. 546: ὅλῳ ταφοῳ. M. E. Ioh. P. 21: ὅλην φρένα. XXI. 216: οὐ φάτας ὅλην βροτοειδέα μορφὴν, θηρᾶν δ' εῖδος ἔχοντας, Satyros dicit comites Bacchi biformes. XXV. 480; M. E. Ioh. H. 91, I. 162: ὅλος ἀνήρ. XXXV. 11: ὅλη Πειθῆα, adde II. 349 (Τυρφών). VIII. 262 (πόσις). XXVII. 101 (πρόσιμος). X. 190 (Σελήνη). M. E. Ioh. A. 197, 205 (ἴδνιος). 206 (πόλις). Δ. 246 (ὅλου οἶκον). XXV. 89; XXIX. 6. M. E. Ioh. A. 113; Z. 54; I. 115 (λαός). M. 131: χρωτός ὅλων μεδέων (ut Sophocl. Aiac. 1084 ὅλων στρατηγὸς): sed dubius sum, num intelligi voluerit τοὺς ὅλους αν τὰ ὅλα. XXII. 159; XXVII. 377; XXX. 100: ὅλοι μαχηται! XLVII. 482: ὅλας γυναικας. XXXI. 216: ὅλοι ναετῆρες Ὄλύμπου. III. 439: ὅλη ἀθάνατοι. XXXIII. 115. M. E. Ioh. P. 39, 77. aliis locis: frequentasse autem hanc vocem mihi videtur Nonnus, ut numeris suis serviret.

στοιχηδὸν. i. e. deinceps, ordine. confr. Iacob. ad Achill. Tat. I. 1, p. 397. M. E. Ioh. Φ. 141: ὅσσα καὶ ἐν στοιχηδὸν ἀνήρ αἷς χαράξῃ (i. e. ἀπινα ἐὰν γράφηται καὶ ἐν). I. 436: καλάμους στοιχ. ἑλίσσων. XXXVII. 14: στοιχ. ἐτέμενετο δένδρα. XII. 302: ὅπη στοιχ. ἀνέρων βότους ἀλλήτης (conf. Hom. Odyss. VII. 111 sq.) M. E. I. B. 25: ἀμφιφορῆς στοιχ. ἐν τοίχῳ κεκλιμένοι. cf. Z. 35. XLVII. 736: σφαζομένων στοιχ. ταύρων. XXIV. 221: δαμάλαι στοιχ. ἐμαυτύλλοντο μαχαίρῃ. ib. 347: δαῦδες στοιχ. ἐπαστράπτεον Ὄλύμπῳ. M. E. I. Σ. 5: ἐμοὺς κατὰ δῶμα τοκῆσος εἰσὶ μονά στοιχηδὸν δύμόζυγες. XIX. 242: ἐνεψε δέπας στοιχ. ἐκάστῳ. XLVI. 358: στοιχ. ἐκάστῳ δῶκε ποτόν. V. 26: δημόδην ἀπαντα λαβὼν στοιχ. ἐκάστου, ἀμφὶ νέκυν στορέσσας, cet. XXXIV. 256: μῆλα στοιχ. ἀρηρότια. Ommino de rebus vel hominibus certo ordine iuxta aut pone collocatis Nonnus hoc vocabulum suis numeris admodum accommodatum usurpavit, velut IV. 262: συμφυέος δὲ ἀρμονίας, στοιχηδὸν ἐς ἀξυγα σύξυγα μίξας cet., ubi de literarum formis loquitur. (confer. Petr. Cunaei annot. p. 53.) II. 376: στοιχηδ. ἐπυγγάθησαν ἐρίτναι. XXV. 416: πυλεώνων (Thebarum) στοιχ. ἀμοφαίνων. XIX. 113: ἀμφὶ δέ μεν στοιχηδ. ἐπεσκίγτησαν ἔταιροι. M. E. Ioh. T. 115: πάντες ἔσσαν στοιχ. ἔσσω μελάδηροι. ib. B. 8: δημοκλενίες τε μαδηται πάντες ἔσσαν στοιχ. XVIII. 164: στοιχ. κεκλιμένοι ἐπὶ λέκτρων. XXXVII. 237; XL. 214 (στοιχ. ιστάμενοι). X. 403 (στ. ἐφέστασαν). XXXVI. 428: (ἔξομενοι). ceteros locos adscribere supersedeo; unum tamen silentio praeterire non licet, quem P. Cunaeus notavit. (vid. animadv. eius p. 58), IV. 24, ubi cum duae sedeant, altera dicitur στοιχ. ἐξομένη.

μεῖζον ἐνίψω. confr. Odyss. II. 137; XI. 148; II. VIII. 447. De verbis ἐνέπειν vel ἐννέπειν et ἐνίπτειν vid. Ruhnken. ep. crit. I. p. 124 extr. Buttmannus, lexil. I. p. 279, recte utriusque verbi vim distinxit, sed illud vix obtinebit, quod ἐνέπειν et ἐνίπτειν negat eiusdem stirpis esse. Hesiodeus locus (op. et d. v. 192) nihil facit ad evertendum id, quod Buttmannus docet, nusquam apud Homerum et Hesiodum ἐνέπειν cum accusativo iungi: nam voces ἀρείονα ἀνδρα pendent ex verbo βλάψει, σκολοπᾶς autem μάσης ἐνέπων absolute positum est. Hom. II. XV. 198 non duo dativi praeter morem verbo ἐνιστέμενι adjuncti sunt, sed alter refertur ad βλάψεον εἴη. Afferam locos ex Nonno, non omnes, sed enotatu digniores, ex quibus, quae apud eum formae huius verbi reperiantur, cognoscatur. Ac praesens quidem legitur. IV. 47: αἰς ἐνέπεις. M. E. Ioh. K. 121: ἐνέπεις θεός ἔριμεναι. Θ. 8: ἐνέπεις ύψασύχειν μάση. XIII. 349; XVIII. 25: αἰς ἐνέπουσι. XLII. 216: ὅτι ἀλλήλησι πόσων ἐνέπουσιν ἀνάγκην. M. E. Ioh. T. 66: τὴν ἐνέπουσι. i. e. quam dicunt vel vocant. Imperfectum. M. E. Ioh. Φ. 132: οὐ μέν ἐνινεπειν Ἰησοῦς. Π. 16: οὐκ ἐνινεπον ταῦτα. XXVII. 251: ἐνινεπε Ζεὺς Ἀθῆνη. XXXIV. 49: αἰδομένοις στομάτεσσιν ἐνινεπε Μούσεύς. M. E. Ioh. I. 34: ἐνινεπε θέσπιδι φωνῇ. XLVII. 595: γελώνων ἐνινεπε Περσεύς. XXXIV. 102: σιγῇ ἐνινεπε Μούσεύς (tacitus seu secum dixit). M. E. Ioh. Φ. 9: καὶ σφιν ἐνινεπε Σίρων. ib. 116, Γ. 137, IV. 31: ὄσα ἐκ Διὸς ἔιν. Ἐρμῆς. M. E. Ioh. Z. 139: δὸν ἐνινεπες ἔμπεδον εἴναι αἰδέρος ἀρτον. Σ. 97, Η. 135, Ν. 133: λόγον ἐνινεπον. E. 106: διμφῆν θέσκελον. XXXI. 230: ἀγγελητὴν ἔιν. κήρυξ. IV. 27: ὄσα ἔιν. κήρυξ. XXII. 284: τοῖα μὲν ἔιν. Γαῖα. XLVI. 12: ἀλλοις ἔιν. ταῦτα. XLVII. 208: ἵχνιον τινος ἔιν. βούτῃς. M. E. Ioh. Ο. 92: πᾶσι θεούδεινς ὁδὸν ἐνινεπον. XLVII. 159: γενέτης ἔπος ἔιν. κούρη. M. E. Ioh. T. 186: ἔπος δι φόρμαγγη ἔιν. μολπή (vatis vox). conf. ib. 128, Η. 162: τούτο θεηγόρος ἐνινεπεν δύμφη. T. 189: λόγος φέρεται δὲν θέσκελος ἔιν. ἀνὴρ. i. e. propheta. — Accusativo personae iunctum est XXXIII. 25: τὴν δὲ κατηφιώσαν ἐνινεπε Κύπροι. i. e. moestam allocuta est Venus. M. E. Ioh. Σ. 84: Ιησοῦν pendet ex ἀπάλιππο. Ceterum vid. Musgr. et Erfurd. ad Sophocl. Aiac. v. 755. — Deinde ἐνινεπε, postquam quis peroravit, positum est, ut latine dixit sive dixerat, velut I. 507, XI. 81, XXI. 17, XLII. 153, XLVIII. 909. M. E. Ioh. Z. 1, Γ. 48, 110, Σ. 14, aliis locis. — Imperativus est VII. 286: ἐνινεπε, πότε δύεται Ήνας. XVII. 273: ἐνινεπε Δημαρῆη, Ἰνδῶν δοῦλα γένεσθα. — Infinitivus: XLVIII. 423: αἰδόμαι γάρ αἰδόχος θυμῷ μιλέων ἐνέπειν. — Participium: M. E. Ioh. Σ. 122: οὐ χριστοῦ γενόμανη (sc. assecla), ἐνέπων φευδήμιον μάση (i. e. mentitus est Petrus.) Α. 23: μαρτυρίην ἐνέπων λαμῆ. Γ. 6: Ιησοῦς Νικοδήμῳ ἐνεπον βαπτίσματος αἴγλην. III. 322: ἐνέπων οἴστρον ἀπειλῆς. i. e. renuntians XXI. 300: κήρυξ ἐνέπων ἀφοσύνην Δημαρῆος. VII. 157: ἐνέπουσα ἀτρόβον δινέφων (patri sc.). — Futurum ἐνίψω et absolute positum est XVIII. 224 (sc. μεῖζον). conf. M. E. I. Δ. 138. XLII. 291 et quarto casui coniunctum XLVII. 505, XLII. 208. M. E. Ioh. I. 87: τίνα μοι μῆτιν ἐνίψει. ib. 110: νέος οὔτος ἀληθέα μαζῶν ἐνίψει. Π. 40: οὐδὲν παράκλητος ἐνίψει et vero etiam duplice accusativo, ubi est appellare seu vocare, velut M. E. Ioh. Α. 204: ἐνίψω σε θεοῦ νιόν. Θ. 168: τίνι σε πανείκελον αὐτὸν ἐνίψει; Adde XXXIV. 47, XXXIX. 60, XXV. 105. — Aor. I. coniunct. M. E. Ioh. Θ. 135, ib. 170: αἱ καν μεῖζον ἐνίψω. ib. 175: τὴν ἐνίψω, δη. I. 116: ὄφρα χριστόν

ἐνέψῃ. XLVIII. 512: αἰδε τόδε μοῦνον ἔπος ἐνέψῃ φίλοις στομάτεσσοι. VIII. 89: ὅταν μερόπων τις ἐνέψῃ. XX. 366; M. E. Ioh. E. 123: ἦνπερ ἐνέψῳ μαστυφίην. X. 314: μή μοι ἐνέψῃς Τρώων οἰνοχοῆα. XXVII. 59; XL. 317 (ύστατου καὶ μοῦνον ὅπως ἔνα μυῖσον ἐνέψῃ). V. 497: τί δεύτερον ἀλγος ἐνέψῳ. XLVIII. 508; XXXIX. 142. Conf. Theocr. XXIV. 10: ἵνα σοι τινα μύσον ἐνέψῳ. — Aor. I. infin. ἐνέψαι. XLVI. 44: ἥδεις μύσον ἐνέψαι. M. E. Ioh. I. 120: ύμιν δυνήσται οὐτος ἐνέψαι. M. 194. — Aor. 2. ἡνίπατον. VIII. 49: τόσῳ δ' ἡνίπατε μύσῳ (sc. Φεόνος) ἀμφοτέρως (Iunonem et Minervam) ἐρεψίζων. M. E. Ioh. F. 227: ὄντας ἡνίπατε μύσῳ: quo loco Iesus Petrum leniter increpat. — ἐνένιπον. M. E. Ioh. Δ. 217: καὶ μὲν ὄντας ἐνένιπον ἔῳ πεμποτήμονι μύσῳ. ubi V. scr. ἐνένιπτεν, ut ap. Hom. II. XV. 545 et 552 et ἐνένιπτεν et ἐνένιπτεν: quibus locis nunc repositum ἐνένιπτεν. conf. Wernick. ad Tryph. v. 419. Aor. ἐνισπον. M. E. Ioh. T. 112: κεῖνος ἐνισπει ἢντι φευδήμονι φωνῇ. conf. Orph. Arg. 301, 563, 855. — Reperiuntur practerea imperativus ἐνιπτε XLII. 223: ἀμφοτέρων μορφῆς μάσιον ἐνιπτε, pro quo Wernick. ad Tryphiod. v. 419, ὄντας legi iubet, et participium ἐνιπτων M. E. I. I. 183: Ἰησοῦς δάσκαλον ἀπειδίτια λαὸν ἐνιπτων, pro quo idem Wernickius scripturam ἀλέγχων repositam vult. — De his formis apud Homerum reperiuntur ἐνιπτε imperativus et imperfectum, ἐνέψῳ, ἡνίπατον et ἐνένιπον: aoristus vero ἐνισπον, ἐνέψᾳ et coniunctivus ἐνέψῳ atque infinitivus ἐνέψαι sunt recentiorum poetarum. ἐνιπτε pro ἐνιπτε nititur auctoritate Pindari Pyth. IV. 201: ὀδείας ἐνιπτων ἀπίδας: ad quem locum vid. annot. Boeckhii. Praeter aoristum ἡνίπατε et ἐνιπτε atque ἐνιπτων ceterae huius verbi formae ab ἐνιπέω ductae sunt.

v. 108: Ὡκεανὸς κελάδων, μιτρούμενος ἀντυγα κόσμου i. e. Oceanus strepens, oris terrae circumdatus. XLII. 480: πλατών ἀστάσου μιτρούμενον ἀντυγα κόσμου Ὡκεανὸν κελάδοντα. Alterum epitheton Homerus II. VII. 86: Ἐλλησπόντω tribuit, quem imitati recentiores poetae mare ac fluctus eodem epitheto ornarunt; alterum flaviis, velut II. XVIII. 576, XXI. 16. Est autem ὥκεανὸς apud Nonnum aequo atque apud Homerum et deus et mare orbem terrarum cingens et deus quidem, Thetyos coniunx II. XIV. 201 et 246 princeps ac pater deorum vocatur. Est certe omnium aquarum caput II. XXI. 196: ἐξ οὐπερ πόντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πᾶσαι κρήναι καὶ φρέσατα μακρὰ νάσουσι. Haec vestigia Nonnus secutus est XL. 551: ἀρχέγονος Ὡκεανὸς ποταμοῖσι καὶ ὕδαις πᾶσι κελεύσων Τηθύος οἴδεν ἔστα καὶ εὐέδρονις ὑμεναῖος. XXVI. 355: Naiades Ὡκεανοῖ γένος dicuntur. Filiae Oceani, quas Hesiod. Theog. v. 349 sqq., ἀνάπτυχες nominat (quod epitheton Callimachus h. in Cerer. v. 125 virginibus tribuit, quae pompam Cereris faustis acclamationibus prosequebantur vid. Ezech. Spanh. ad h. l.), Nonno commemorantur XVI. 129, XLVIII. 313, nominatio Rhodope XXXII. 53, quae eodem hymn. hom. in Cer. 422, in Oceani filiabus numeratur (vide tamen annot. Ruhnken). Filia Oceani erat etiam Beroe nympha vel Amymone XLI. 150: ὃς (Ωκεανός) Βερόην ἐφύτευσεν ἐῷ πολυπίδακι παστῷ Τηθύος ιερωδέουσιν ὀμιλήσας ὑμεναῖοις, τὴν περ Ἀμυμάνην ἐπεφήμισσαν (conf. Scaliger. ad Euseb. Chron. p. 130. Spanhem. ad Callimachi. Pall. Lavaer. v. 48). — Eiusdem dei nepos erat Deriades, filius Hydaspis XXXI. 190: ἡχέτα Ὡκεανὸς προπάτωρ πέλε Δημασῆος. Conf. ibid. 185; XVII. 280; XXVI. 33. Typhon II. 276 iactat se eius

fratrem sive cognatum esse: γνωτὸς ἐμὸς πολυπίδακι λαιμῷ Ὡκεανὸς ἀντρα κατα-  
κλύσσει.

Ambit oceanus orbem terrarum. II. 246: βλοσυρὴ δέ οἱ (Typhoni) ἵκετο φωνῇ,  
διξοπαγῆς δέ τε πέζα παλίμπορος Ὡκεανοῖ τέγραχα τεμνομένην περιβάλλεται ἀντυγα κό-  
σμου ἔωσαμένη στεφανηδόν διηρή χρόνα κυκλαδί μίτρῃ. En sermonem νιφάδεσσιν ἐσ-  
κότα χειμερίσσιν! Veruntamen hic sonitus verborum inanis mirum quantum discrepat a  
concinna veterum brevitate! XXXIII. 247: μιτρούμενος ἐξύπολον κεύμασι τοσσαπίσιαι  
χέων γαυήοχον ὕδωρ. IV. 116: περίμετρος. i. e. ingens XXIV. 3: ἀτέριμων, infinitus  
dicitur. Est autem Oceanus ὁδός (VII. 242; XII. 116) perpetuo fluens refluensque.  
XXXII. 8: ὁδόν ἀστήριστον ἀτέρμονος Ὡκεανοῦ. XLVIII. 317: ἄψ ἀνανεῳάζων ἐστι  
ὁδόν εἰς ἐστιν ὕδωρ, inde Aeschyl. Prometh. 139 eum ἀκολυθτον, Dionys. Perieg. 27:  
ἀκάματον vocat, Nonnus ἀέναον (XLII. 480; XLVIII. 313); quod epitheton Hesiod.  
ἔργ. κ. τιμερ. v. 595: fonti, Aristoph. Nub. 276 nubibus, Pind. Pyth. I. 6, fulmini  
Callimach. h. in Apoll. 83, igni adiungit. XLIII. 287: ἀενάων ἀπό λαμῶν Ὡκεανοῦ.  
adde XXIII. 282; XXXI. 177. Denique XXV. 217: Ὡκεανὸν Nonnus a πόντῳ distin-  
xit: apud Homerum hoc nomen nusquam cum Σαλάσσῃ, ἀλλὰ πόντῳ confundi con-  
stat. XII. 116: ἥώσιοι ὠκεανοῖο ὁδός commemoratur. conf. Dionys. Perieg. 37. XXVI.  
189: φαέθων (Sol) λούεται Ὡκεανοῖο: haec imitatione expressa esse Homeril II. V. 6,  
non est, quod moneam. Hactenus de Oceano Nonniano.

κελάδων vox homerică. II. XVIII. 576 (ποταμός), XXI. 16 (ὁδός). Inde Theocrit.  
XVII. 92: ποταμοὶ κελάδοντες ανάστονται Πτολεμαῖ. Apud Callim. h. in Dianam  
sunt, qui κελάδοντος fluvium Arcadiae esse dicant (vid. Ernest. et Spanhem. ad h. l.),  
mihi participium magis probatur. Nonnus hac voce delectatus est: addidit eam non  
modo ὕδωρ, ut VI. 316; XIV. 327; XXXIV. 245; XLII. 122; ὁρέων. XIII. 316; XLVIII.  
326: φοῖδιν. XLIII. 193: ποταμῷ. XII. 165: Σειληνῷ fluvio. XIX. 299: Μαιάνδρῳ.  
XXV. 406: Τεάσπη. XL. 89: quem Deriades ὡς γενέτην συνάσθλον ἔχων κελάδοντα  
μαχητήν, et, ut hoc loco, Oceano, conf. XXXI. 190, XLII. 482; sed etiam κογυβάν-  
των πατάγῳ. III. 77: τυπάνῳ. XXVII. 224: μικηθμῷ ταύρῳ. XLV. 357: νιφετῷ  
(i. e. imbris seu nimbo). VI. 282: et Ρείης μικηθμῷ λεοντοκόμου ἀντρού. XIII. 8: deni-  
que de omni crepitu strepitque ei haec vox usurpata est, nec habet illa quidquam  
offensionis. De verbo κελαδὲν paullo infra dicam ad v. 141.

μιτρούμενος ἀντυγα κόσμου. XLII. 177: Ὡκεανὸς δενῶν τελαμῶν κένων μιτρούμε-  
νον ὕδωρ. XLII. 480: Ὡκεανὸν πλατών, δενδον μιτρούμενον ἀντυγα κόσμου. XL.  
311: πόλεν (Tyrum) Ἐνοσίκθων οὐδερῷ μιτρωσεν διηρή ἔωστῆρι Σαλάσσης (conf.  
Eustath. ad Dionys. Perieg. 911). — Nonnus verbum μιτροῦn ita in deliciis habet,  
ut ex eius officina videatur prodiisse: transtulit illud ad omnia, quae fasciae seu cinguli  
more aliquid circumdant, ambiunt, complectuntur. Itaque dixit de hedera, corymbis,  
pampinis, sertis floridis XVIII. 137 πλοκαμῖδας δῆστο κισσῷ, μιτρώσας στεφανηδόν.  
XII. 192: κισσός δόχατοι ἡμερίδων σκολιῷ μιτρώσατο δεομῷ. XL. 9: κισσός ἐμι-  
τρώσῃ κυπαρίσσων. XII. 187: δόχατος ἀμιτελόεις οἴνοπι καρφῷ γείτονα μιτρώσατο δέν-  
δρα. V. 99: Ἀγης μιτρώσας πλοκαμῖδας...κορυφήβοις. XIII. 356: βόστρυχον ἀφινειῶσσεν  
ἐμιτρώσατο....κορυφήβοις. XXI. 62: μιτρωθέντα κορυφήβῳ. IX. 15: Ὡρα Διόνυσον ἐπ'

ἀνδρούμω καρήνω σκολεῖσαι ὑπὸ σπειρῆσι δρακόντων ἐμπράσσωντο (vid. Moser. ad h. l.)  
 XXXVI. 363: οὖνάδος ὅρπης ὅλου ἄνθρακα μιτρώσας. XVI. 275: ἔλαις (palms) μιτρώσεν  
 εὐνήν. XII. 245: φύλλων δεσμῷ βόστρυχα μιτρώσας. IX. 46: Μέση ἄνθεσι μιτρω-  
 σεῖσα i. e. floribus cincta seu coronata. XLIII. 25: ἀμπελος βόστρυχα Βάκχου μι-  
 τρώσασσα. ib. 87: μιτρώσασθε βοστρ. Παλαίμονος οἴνοι δεσμῷ. IX. 121: μιτρώσατο  
 ἀπλοκον κόμην ἀμπελόντι δεσμῷ: *dein de spiris voluminibusque draconum, velut VII.*  
*325: μιτρωδεῖσαν* ὑπὸ σπειρῆσι δρακόντων κόμην... XX. 273: μὴ τρίχα μιτρώσειας  
 ἐκιδνήστι κορύμβῳ. cf. IX. 260; XIV. 216; XX. 273; XXV. 466: οὐραίας ἐλίκεσσι (δρά-  
 κοντος) ἐμπράση μέσος αὐχήν. XXXVI. 174: σκολαῖς ἐλίκεσσιν ἐμπράση δέμας Ἰνδῶν.  
 XLIV. 114: ὅφις μιτρώσατο κόφην τενός. *adde XXVI. 195; IV. 338:* ὁφιάδει δεσμῷ  
 (Martius sc. anguis, vid. Ovid. Met. III. 32) μιτρώσατο πηγήν. I. 198: ὀμοπλεκέων δὲ δρα-  
 κόντων ἰοβόλοι τελαμῶνες ἐμπράσσωντο Βοῶτην. IV. 381: ἐλίκεσσι (serpentis) πόδας μι-  
 τρούμενος ἀνήρ (passive dictum. cf. Ovid. Metam. III. 93). XLIV. 109: μείλιχος  
 εἰλικόστι δράκων μιτρούμενος (medium sc.) ὄλκῷ: *denique de aliis rebus circumda-  
 tis seu circumfusis, velut XV. 140: δῆτον εἰλικόστι λίνων μιτρώσατο δεσμῷ αὐχενίᾳ.*  
 XXX. 80: πυρὸς ἐλίσσεστο αὐχένι μιτρώσας πυρεσθαπέος ὄλμου ἀνάγκης. i. e. Vulca-  
 nus Morrheum igne circumdedit seu involvit, quo, nisi Hydaspes ei opem tulisset, Morr-  
 heus consumtus esset. Toton hic locus ad imitationem Homeri compositus est (vid.  
 II. XXI. 330 sqq.), sed Nonniana dictio, turgida et inflata, nimium quantum ab elegan-  
 tia homericæ orationis distat. (cf. Petr. Cunaei annot. p. 30.) XLVI. 112: μέτρη κυ-  
 κλαῖσι στήθει μιτρώσας. M. E. Ioh. Φ. 38: ἐμιστὶ λαχόντας μιτρώσατο Σίμων. i. e. τὸν  
 ἐπενδύτην διεζώσατο. T. 210: ὀδόνηστον ἐμπράσσωντο θανόντος σῶμα. XXV. 409: φο-  
 λίδεσσι δέμας μιτρούμενος. XXXII. 96: πυκνοῖς γὰρ νεφέσσοις ἐμπράση σκέπας εὐνῆς  
 (vid. Hom. Il. XIV. 343 sq.). X. 369: γαστέρα διχθαδίῃ πεσούσατην μιτρώσατο δεσμῷ  
 (sc. in luctando). XLVIII. 115: ἵτων πιαζῶν μιτρώσατο κούρῃ ἐρευνώσαντι δεσμῷ. XXXIV.  
 225: ὀμοπλέκτῳ ἐν δεσμῷ ἀρραγέες παλάμησον ἐμπράσησαν ἡμάντες. conf. XLV. 371  
 et 132 (σιφὴ χεροῖν Βάκχου ἐμπράση). VI. 38: Nonnus ventos, quos Homerus Il.  
 XXIII. 200 epulantes facit, ministrasse dicit Astraeo patri, qui Cererem maestitia con-  
 fectam epulis exceperat. hoc igitur loco dicit πίσυρες, λαχόντεσσι καδαφάμενοι τελα-  
 μῶνας ἐμπράσησαν Ἀΐτου. Mire haec interpretatur Lubinus: mitris vinciebant. At  
 ἐμπράσησαν est, nisi fallor, circumdati seu circumfusi sunt. i. e. circumsteterunt, ut  
 scilicet patri ministrarent. XXV. 30: μιτρώσαντο τεῖχος βοείαι. conf. XXVIII. 326.  
 i. e. cinixerunt seu circumstiparunt. XX. 317: προπύλαια Δυκουρύγου ἡμιτόμοις μελέ-  
 σσοις (membris) ἐμπράση Διονύσου. XLIV. 126: ἀγνιαὶ ἐμπράσησαν εὐχοντοῖς πετά-  
 λοις. i. e. sertis ornatae. XXI. 325: ὕάχις ὕλης ἔγνεσον ἐμπράση. XXVII. 181: ἀγριά-  
 δος ὕλης λόφον μιτρώσω πετάλοις καὶ ἀμπελόστατα τελέσσω. πετάλοις Graefius ineptum  
 censet esse: repositum vult κλήματον. Erat sane agrestis silva frondosa, sed ex verbis,  
 quae adiecta sunt, ἀμπελόστατα τελ., intelligitur, πέταλα pampinos esse, quibus Bac-  
 chus se silvam vestitum dicit. Quod coniecit Graefius, κλήματα, nisi ἀμπελόστατα intel-  
 lexeris (conf. M. E. Ioh. O. 3: κλῆμα δὲ καλλιπέτηλον, δὲ μὴ μάζε βότρυν ἀέειν cet.  
 et v. 22: ημερίσαν ᾧς κλῆμα), rem non magis declarat, quam πέταλα. conf. XVII. 84,  
 XXVIII. 20.

Κρέσσον. i. e. melior, praestantior, potior, sive viribus sive forma seu alia, quaeunque est, virtute. Conf. XXIX. 117: ἐγγόδαμηγος ὀπώρης κρείσσονα πικλίσκοντος ἐγένεται μελίσσης. i. e. Aristaeus mel vino praestantius dixit. XI. 444: κρείσσονα μου φίλου εὑρες ἐν ὑδαιοι i. e. qui me potior est. XXXVII. 180: ἡμέτερους κρείσσοντος δίσσουσιν ἐπὶ δρόμοιν. XLVI. 61: κρείσσονα μαρτυρέτην οτεροπῆς μὴ δίξοι. Altera forma κρέσσον, quae est apud Pindarum et Herodotum, reperitur II. 345: κρέσσοντας ἀστερόπαι et 598: κρέσσονα δῶκον ἔχουσα. Sed satis de hac voce dictum. μαιάσατο μαζῆ. Callim. h. in Iov. v. 35: αἴ μιν τότε μαιάσαντο: quo loco quid μαιάσατο significaret, viri docti dissenserunt: alii enim veterem enarratorem secuti ἐζησψων interpretati sunt, μὲν Iovem intelligentes; alii contra μὲν Rheam esse value-

runt, cui nymphae obstetriciam operam navassent. Inter obstetricia deorum Iovem quoque Liberum parturientem et muliebriter ingemiscentem Ctesilochus, Apellis discipulus depinxit. (Vid. Plin. nat. hist. XXXV. 11, 33.) Spanhemius Callimacheo, quem modo attulimus, loco cum Neden nutricem Iovis fuisse dicat, in interpretanda voce μασάσαντο videtur veteri enarratori suffragatus esse. Hesychius μασάσαι et μασάσησαντα ad unam eandemque significationem redigit: μασάν autem tradit et aviam sonare et τροφόν et περὶ τὰς τικτουσας ιατρόν καὶ ὄμφαλοτόμον: denique προεφύνησαι dicit esse πρός πρεεβύττην τιμητικήν. Atque apud Homerum μασάν non nutricem significare, sed blandam esse et honorificam appellationem constat, quamquam has ipsas anus plerumque nutriendis infantibus educandisque operam dedisse ex homericis locis intelligitur. Apud Nonnum non potest dubium esse, quin μασάν et obstetricem et matrem atque nutricem significet: qua in re ille usus est auctoritate tragicorum. VIII. 396: οτεροπή πέλε μασά (Semeles) καὶ Εἰλείσινα περαυνοῦ. i. e. fulmen obstetricis partes egit, et translate XLI. 102: καὶ Φύσιν ἐπλετο μασά. XLI. 315: Κυθέρειν μασά γενέθλης. eod. libr. v. 171: ἀρσενα μασάν ἔχουσα sc. Mercurium. Mater autem intelligitur XLVIII. 858: qui locus depravatus neendum sanatus est: nam, quod nunc repositum est, μάσμη, id non a manu scriptoris profectum puto. Impropie autem haec sunt dicta: V. 104: Πολυμηνία μασά χορίη i. e. quae choream parit seu moderatur. XX. 192: μασά κυδομοῦ i. e. pugnam ciens. XL. 375: μασά σωφῆς ἀδίνος incertus sum, matrem an nutricem poeta dixerit. XXI. 173 et XLII. 485: Ino dicitur μασά Διωνύσου i. e. quae enutrit educavitque Bacchum. conf. Apollod. III. 4, 3. XXX. 150: Tectaphus filiam, cuius ope, cum a Deriade in carcerem esset coniectus, vitam sustentavit, μητέρα καὶ μασάν appellat. Itaque de vi et significatione verbi μασάσαι non dubium mihi est, quin et obstetriciam operam navare, et partu edere et vero etiam mammas praebere sive nutritre valeat. XVI. 397: Σῆλην τόκον ἐμασάσαντο Ζεὺς ζωδιαπίδες. i. e. cum tempus pariendi advenisset, Nicaea Teleten peperit. itemque III. 382: ἡς τόκον Ζεὺς ὑγρὸν ἐμασάσαντο λεκανίδες: itaque Ζεὺς quasi obstetrics erant partuque mulierem solverunt. XVII. 277: Φοίνις γέρων μασάσατο Δητώ. Vide Callim. h. in Del. v. 210. VIII. 398: Βάλχοι ἐποιγενί μασάσατο φειδομένη φλόξ i. e. ex utero quasi prostraxit conf. XLIII. 176; XLVII. 623 et XLVIII. 844. Itemque III. 394: καὶ λίσος (quem pro Iove Rhea Saturno devorandum dederat) ἐνθομεύχων τεκέων μασάσατο φύτληρ: rem illustrat Apollod. Bibl. I. 2, 1. Matrem autem μασάσα Nonnus his ferme locis dicit. IV. 437: ὥπλωσιν Εἰλείσινα, τὸν οὐ μασάσατο μήτηρ: loquitur autem de Spartis XXXV. 487: de filio quodam terrae: δὸν πάρος αὐτογόνουσι τόκοις μασάσατο μήτηρ. conf. Coluth. v. 180: ἦν (sc. Minervam) γάμος οὐκ ἔσπειρε καὶ οὐ μασάσατο μήτηρ. XIII. 103: νῖα λαγῶν μασάσατο Γαίης et translate. XLVII. 20: καὶ κρίνον αὐτοτέλεστον ἐμασάσαντο κοιλῶν. XLVII. 495: δῆθον κρινοφραξεῖς ὀδίνες ἐμασάσαντο μεταλλων. V. 60: πέτρην ἐμασάσαντο κολῶν. Passivum ἐμασάσην eadem vi positum est M. Ev. Ioh. I. 162: ἐμασάσης i. e. ἐγεννηθῆσης (conf. Leon. Alex. II.: ὄμεας [astrologos sc.] ἀφροσύνη μασάσατο). XLI. 66: οτάχης ἀνδρῶν πρωτοφρανῆς ἐμασάση. XLVIII. 853: Αὔρης διπλός τόκος ἐμασάση. Denique addita voce μασά vel Σηλῆ valet nutritre. XXVIII. 317: έντα

ἴ (Ζῆνα) πείνη αἵδεις οὐρή γλαργόσεντι μαιάσσατο μαξᾶ. VIII. 186 ubi de anili nutrice sermo est, cuius formam ac figuram induerat Iuno, cum falleret Semelen: Κομιδῆς χάρων τῆπιον εἰςέτι Κάδμουν ἐῷ μαιάσσατο μαξᾶ. III. 385: ὡς δέ τις ἀγροτέφη διδυλιητόκος..... λέσαινα σκύμνοις ἀμφοτέροισιν διδυμάσιον τῆρισσε μαξαύς, ὡς τότε παιδός κόμη φιλή μαιάσσατο Σηλῆ. XXXI. 91: εὔσεβής μεμηλότας τάχα Θέμις μαιάσσατο μαξᾶ. XL. 406: οὐρανίας λιβάδεσσιν ἔμαιάσθησαν ἔστινα. Quibus locis κόλπῳ adiectum est, dubius sum, num parere an nutritre sonet, velut III. 333: τῆς ποτε μήτηρ Σηλυτέρας ὠδῖνας ἐῷ μαιάσσατο κόλπῳ, Pleionen matrem dicit Pleiadum. V. 191: πολυπαιδα γονήν μαιάσσατο κόλπῳ. Quod si quis contenderit, unam esse candemque his omnibus locis vim verbi μαιάσθαι, cum proprie significet, extrahere vel protrahere partum videlicet obstetricis more: deinde semet ipsam partu levare seu liberare, denique protrahere partum ad mammae — hac enim ratione explicandum esse dativum μαξᾶ vel Σηλῆ — seu nutritre: equidem non pugnaverim nec tamen adducor, ut credam, Nonniano quidem huius vocabuli usu posse hanc opinionem satis firmari.

*Διερῶ μαξᾶ.* de voce διερῶ conf. omnino Jacobs ad Antholog. Palatin. p. 206 nr. 315. Apud Homerum duobus locis (Odyss. VI. 201 et IX. 43) haec vox legitur magnamque interpretum peperit dissensionem. Altero loco plerique interpretes Eustathii vel Aristarchi potius auctoritatem secuti ζῶντα explicitant, Lehrsius fugatorem: altero autem enarratores et veteres et recentiores magis etiam dubii hic illuc fluctuant, ita ut διερῶ ποδὶ modo gubernaculum esse velint per syncedochen pro navi positum, modo διερῶ dicant esse ζῶντα, modo οἶνον καὶ ταχὺν, quin etiam παραχρῆμα. Cuiam ista interpretationis miracula probentur? Apud Nonnum nulla est huius vocis explicandae difficultas, ne iis quidem locis, quibus hic iste audaculus poeta id vocabulum ita usurpavit, ut novitatis aliqua affectatione offendat. Ac primum quidem διερῶ apud Nonnum significat liquidum, velut II. 447: φύσις διερή i. e. aqua. inde II. 530: καὶ διερῶ δεδόνητο καὶ αἰσθάνεντα βελέμενῳ aqua simul et igne Typhon premebatur. XLI. 311: quem locum supra iam attulimus, διερῶ ζωστῆρος θαλάσσης i. e. mari urbem cinctam dicit. II. 70: Typhon terra discissa διερήν φλέβα λύσεν i. e. aquarium venas: quo loco vox φλέψ P. Cunaeo (animadv. p. 17) bilem movit. Me iuvat potius conferre XXXVI. v. 103: μὴ βιβίων φλέβα πάσσων ἀναζόητειν ἐναύλων, quae imitatione Homeri (Il. XX. v. 56 sqq.) expressa sunt. Haec inter se comparare, multo certe est fructuosius, quam excitare tragœdias, si quid poeta commiserit. Aliud enim est, iudicare, aliud conviciari. XXXIII. 212: διερὸν χεῦμα ποταμοῖο. confr. Callim. h. in Iov. v. 24: Καρνίωνος (est autem Arcadiae fluvius) διεροῦ περ ἔστος i. e. quamvis aquosus esset. XLIV. 143: διερὸν Τελυροῦ ἐναύλων. XIX. 307: Silenus in fluvium mutatus εἰςέτι κωμάζει διερὸν τύπον. XLV. 355: διερᾶτε λιβάδεσσιν, laticibus liquidis seu aqua ex flumine hausta. XXXVIII. 418: διερῆ φασάλιμην πατέσθετε πυρσὸν ἀλητὴν, imbribus videlicet vagos ignes extinxit. V. 604: ἴδρωτες, sudor madidus. conf. Virgil. Aen. IX. 812: tum toto corpore sudor liquitur. XXV. 508: διερὸν βέλος intelligitur venenum, quod draco evomit. Dein διερὸν valet madidum, uidum, irriguum, ut X. 420: διερῆ..ἐπ' ἥσιν, in litore uido. XXIV. 7: διερήν παλάμην, manum humidam. XV. 12: — γαί κείρει. M. E. Ioh. Ph. 61: — γοῖς πόδεσσοι Σοφῶν. V. 314: διεροῖς μελέεσσον ἔστι δύνουσσα κείσθων.

(conf. Ovid. Metam. III. 161 sqq.) XLIII. 208: διερή ἵξες, Tritonis scilicet. XXXIX. 247: ἐπενήκετο κύκλα βοείης σύν διερῷ τελαμῶν. XI. 49: καὶ διερῷ πλοκαμῖδας ἐπισφύγεασα καρόνων. Hiems nimirum. Venuste Ovid. Metam. II. 30: et glacialis Hiems canos hirsuta capillos. adde Metam. XV. 200 sqq. XVIII. 230: ψυχρὸν ἀκοντίζων διερὸν βέλος sive, ut alibi poeta dicit, ἔγκεα παχνήσιται, grandinem intellige aut pruinias. XXVI. 242: hippopotamus ἔχων διερήν γέννων. VI. 224: διερῶς βλεφάρουσιν ἔτην στενάχιες κορείην, amissam scilicet humidis deflavit ocellis. XXIII. 202: Πέπλους διερούς ἀπεδήκατο νύμφη. conf. Callim. fragm. 245. Deinde vero omnia, quae in aquis fiunt gerunturve Nonno διερὰ dicuntur. III. 25: διερή κορείη δελφῖνος. Christod. Ecphr. v. 67: καὶ διερήν δελφῖνα προίσκετο. I. 67: διερῆς πορείης ἄλμα intelligitur transitus maris. XXIII. 130: κυβερνήσας διερήν ἀκάταιο πορείην i. e. lintris cursum per annum dirigens. I. 99: Θέτια βιβλίη διερὸν δρόμον ἥμισυ τauri sc. mare traiicientis. conf. VI. 307, XXIV. 105. Etiam pugna in aquis commissa XXIII. 17, XXXIX. 355 (χάρων), XLIII. 139 (δῆμος) διερή dicitur. XXIII. 10: aliquis in aqua submersus διερῷ τυμβιεύετο πότιψ. itemque XL. 121: διερὸν μόφον ἀποφθιμένους Nonnus dicit in aquis caeos. XVII. 306. Orontes, cum se ipse interfecisset, in flumen provolutus νέκυς διερὸς appellatur. M. E. Ioh. Ph. 35: διερῷ Σίμωνι διφήτοι πόντου. XXIV. 25: ὀμφὶ δὲ πηγὰς ἡ μὲν (Νοϊάδων) ναιετάσι διερὸν δομόν. XLIII. 160: διερή Πρωτῆος ἀκάνθη et 210: μάστερ Glauci, dei marini XXIII. 194: μαρναμένων ὕδατων διερή μυκήσατο σάλπιγξ, quin etiam II. 635: Κύδνος Ζηνὸς ἀντινάξει διερῷ βρυχήματι νίκην. XXVI. 352: διερή φιλότης, quod poeta ipsa explicat: erat enim Deriades filius Hydaspis. similiique modo iis, quos iam commemoravimus, locis (LXIII. 394, XLI. 247) ύμεναι διεροὶ vocantur. Restat XXIII. 301: αἰδέρα γυμνώσας διεροῦ πυρὸς: Eridanus videlicet et fluvius est et sidus: hoc de caelo in terram a se detractum iri Oceanus iactat. sed totum id acumen, ut iam diximus, friget. Longe aliud πῦρ διερὸν sonat XL. 309: χιονέας πόφρυν παρηδίας ἄμμιστη κόχλου, χείλεα φοινίξας διερῷ πυρὸς. i. e. succo purpureo. conf. XVIII. 343: οὐκέτι πέμπτες ἔμφυτον οὐρωπῆσι παρηδίσι πυρφύρεον πῦρ. Horat. Carm. III. 1, 42: purpurarum sidere clarior usus. Omnino candorem seu splendorem auri vel gemmarum latinis poetis ignem dici, notissimum est.

v. 113 — 116: παρθένου ὄπλοτέρην εὐάλεον, ἵς ἐπὶ μοσφῇ Ἕλιος λυκάβαντα δυωδεκάμηνον ἐλέσσων αἰδέρος ἐπάξιων ἵτων στεφανηδὸν ὁδεύων κάλυπται, πυρὸς τάμης, ἐτέρῳ πυρὶ i. e. puellam teneram, pulchris praeditam brachiis, cuius venustas Solem, qui caeli septem zonis distincti orbem perlustrans annum duodecim mensibus descriptum circumvolvit, ita affecit, ut, qui esset ignis dispensator, ipse tum alio igne laboraret.

παρθένου ὄπλοτέρην. Epitheton ὄπλοτέρη, quae est hoc loco verborum comprehensio, incommodo positum videatur. Quae offendit nulla foret, si voces παρθ. ὄπλοτ. non cum verbo τέκεν, sed cum iis, quae subsequuntur, iunctae essent. Nec vero Clymene ὄπλοτέρη dicitur, quod post eas, quas Hesiod. Theog. 349 sqq. nominat, sorores partu edita sit, sed quia eo ipso tempore, quo Sol eam conspexit, omni tenerae aetatis decore ornata erat. Quod idem intelligitur II. XIV. 267, ubi Homerus Πασιθέην Χαρίτων μίσιν ὄπλοτεράων appellat. Etenim quod veteres enarratores

docent, esse πρεβυτέρας et νεωτέρας aut προκαταρχούσας et ἀμειπτικάς χάριτας; in somniis doctorum hominum numerare licebit. Nonnus homericum locum imitatus XXXI. 103 dicit: Παστέρης δ' ὑμέναιον ὑπόσχετο τῆς διὰ κάλλος ἡμερών ἀνύστειν ἐμὸν χρέος. Pariter XV. 375: ὅπλοτέτη κούρη est tenerima puella. Itaque apud Nonnum ὅπλοτερος est aut natu minor, iunior, velut V. 209, XXXIII. 343, aliis locis, aut aetate inferior, ita ut priori vel antiquiori cuidam sive homini sive rei opponatur, ut XLII. 466: Βεροء ὅπλοτέρη τρισσατίνων Χαρίτων i. e. venustate cum Gratiis certavit. XXIV. 45, XLII. 31: ὅπλότερος Βάσκος. XLVIII. 30: ὅπλότεροι Γίγαντες comparantur cum Titanibus πρεβυτέροις. eod. libr. 889: πρεβυτέρη ἀλοχος Bacchi ὅπλοτέρην τύμφην componitur: itemque XXX. 146: ὅπλοτέρης λίνα Μοίρης opponuntur ἀρχαὶ κακότητι. VII. 229: ὅπλοτέρη Ἀφροδίτη i. e. altera eaque aetate inferior. adde XV. 282, XVI. 125, XLVIII. 275. Etiam rebus Nonnus id epitheton adiunxit, ut XXIX. 353: καὶ ἀρχαῖς σέο δεσμῷ (conf. Odyss. VIII. 275 sqq.) ὅπλοτερον τελέσουσιν (sc. Cyclopes) ὄμοιον. M. E. Ioh. B. 100: κτίσμασιν ὅπλοτέροισιν; templum enim, quod Iesus se tribus diebus exstructurum ait, antiquo templo Salomonis quadraginta sex annis aedificato comparatur.

εὐώνειος. conf. Pindarus Pyth. IX. 31, ubi Cyrene nympha hoc epitheto ornatur. Euripid. Hippolyt. 605: πρὸς δεξιὰς εὐώνειον, quod Schol. explicat: καλὸν βραχίονα ἔχουσης.

'Ηέλιος — ὁδεύων. XL. 371: ἵππεύων ἐλακηδόν ὅλον πόλον αἴθοπι δίσκῳ νῖα χρόνου λυκάβαπτα διωδεκάμηνον ἐλίσσων κύκλον ἀγεις μετὰ κύκλου: ubi Graefius vocem δίσκον perraro de orbe solis usurpatam propter ea, quae versu 390 leguntur, prudenter retinuit, quamquam negari nequit, δίσκον verbo ἀναδαίνει melius iungi, quam verbo ἵππεύων. Atque ἥλιος apud Nonnum et sidus et deus est; quod autem epitheton ab Homero et Hesiodo Soli tribuitur, φαέων, apud illum permultis locis pro ipso sole positum est, ut in ἀποχοίσι illa Hadriani: ἀμφοτερούς ἀδικεῖς καὶ Πλουτέα καὶ Φαέωντα cet. Inde XXVII. 8: Φαέων πυριτρέφεν δρόμον ἵππων δενάων ἐτέων φλογόνεις ἀνεστίχασε ποιμήν. Est autem ἥλιος V. 78: μέσος πλανήτων vel, ut XVII. 14: πολυσπερέων μέσος ἀστρων. XLIV. 170: ὄφαλος aut, velut XLII. 49, πρόμος ἀστρων. (conf. Soph. Oed. R. 659: πάντων θεῶν θεὸν πρόμον "Αλιον; Cic. Somn. Scip. c. 4: Sol dux et princeps et moderator lumen reliquorum.) XL. 379: παμφαῖς αἰθέρος ὄμιλα conf. IX. 67: μηδέ μιν ἀδηήσειν... ἡμάτιον Φαέωντος ἡ ἔννυχον ὄμιλα Σελήνης. (Vid. Merrick. ad Tryph. v. 518.) Dicitur XXVII. 190: αἰθέρος. itemque XXV. 390: quo loco Nonnus Hom. II. XVIII. 482 imitatus est. XVII. 14 et XXXII. 291: πυρόεις. XXIX. 301: αἴθοπος ἥλιοιο μεσημβρίζουσαν ἡμάσθλην, aestus meridianus intelligitur. Conf. XXI. 312: Ἡλίου βαλβίς μεσημβρίζουσα, quo loco Cunaeus (animadvers. pag. 135) vocem βαλβίδα obelo notavit: de qua re alias videbimus. I. 356: ταῦρος (sidus) εἰδοντὴ Φαέωντι φιλόδρομα τῶτα φυλάσσων. Virgil. Georg. I. 217: candidus auratis aperit quum cornibus annum Taurus. Vid. annot. Vossii ad h. I.: XX. 334: ἀντέφελος. Locus est mutilus ac varie tentatus. Vid. annot. Graefii, qui recte vidit, vocem ποιμῆν alterius versus esse, errore ex sua sede hic traductam: pro ποιμῆν Falkenburg. coniectando reposuit oīμην. Cunaeus ίδων σέλας, αἴνησος

*ποιμήν* coniecit. Evidem puto legendum: ἀνιεφέλου Φαέθοντος ἵδων τερψίμβροτον αὐγὴν: alterius autem versus verba quae fuerint, quis divinet? sententia haec mihi videtur fuisse: πηκτίδι συγίζων λιγυτηχέῃ τέρπετο ποιμήν. De ortu atque occasu solis conf. XXVI. 189: ὄφρα φανεῖται Φαέθων, ὅτε λούεται Ὡκεανοῖο. XXXV. 122: ὄφρα φανεῖται, ὡς Φαέθων, προχοῇσι λελοιμένιος Ὡκεανοῖο et hoc ipso libro v. 119: ἥπατον εὖν δέμιας ὕδασι λούσων. (conf. Hom. II. V. 6). II. 163: Φαέθων δὲ πόλον ἔσσας εἰς δύσιν ἔτρεπε δίφρον. III. 51; XXVIII. 158: δυομένου Φαέθοντος (conf. Hom. VIII. 485; XVIII. 209 sqq.). XXXI. 137: ἥδλος βιάζεται τύπτα (i. e. depellit).

Deus autem Ἡέλιος vel Φαέθων est XIX. 266: Τιτήν ὁμόχροονς ἥλικι κόσμῳ. Τπεγίονος νέός. XXIII. 237 (conf. Hom. Odyss. I. 8; XII. 176; Hymn. in Solem v. 4): ἀναξ πυρὸς ὄχαμος κόσμου βροτέοι βίου δολιχόσκιος ποιμήν. XL. 369 atque hoc loco ταμίης πυρὸς, ut Procli Lyc. hymn. I.: κλῦθει πυρὸς νοεροῦ βασιλεῦ, χρυσήν τε Τιτήν, κλῦθει φάσις ταμία cet. Idem vocatur XII. 23: ζείδωρος, φυτηκόμοις, κοίδανος καφηπῶν. X. 28: φαεσίμβροτος (conf. Hom. Odyss. X. 191; III. 1 sqq.). XLVI. 346: τερψίμβροτος. XXXII. 94: πανεπόψιος (conf. Hom. II. III. 277; Odyss. XII. 325, alibi. Virgil. Aen. IV. 607 ibique interpret.). Solis famulae Horae sunt II. 177: ἀμφιπόλοι, quae eadem XII. 18: διωδεῖς vocantur. conf. Ovid. Metam. II. 26. Vehitur Sol quadrigis. I. 473: ἐμπυρον Ἡελίου τετράξυγον ἄρμα. conf. Soph. Ajax. 833: διφρηλατῶν Ἡέλ. Eurip. Archel. ed. Matthiae tom IX. p. 84: τέρψιππ' ὄχοιοντος ἥλιον κατὰ χρόνα. XVII. 271: φλογεροῖο δὲ ἄρματος αἰδέροια τέμνων. XXV. 392: φλογέων ἐποχημένον ἀντυγιὴ δίφρων, et hoc ipso libro v. 92: φεραυγέος δίφρου. XLII. 50: ὀπωδοτόνων ἐπὶ δίφρων οτατὸν ὑπποι. XXXVIII. 298: πυρώδεες ὑπποι. Eodem libro 295: χίτων eius dicitur πυρόεις. Ovid. Metam. II. 23: purpurea velatus veste sedebat i. e. lucida. Caput Solis XXXVIII. 292: ἐπτατόνος ἀστένεος cinctum est. conf. Ovid. Metam. II. 40: quos radios posthac capiti filii imposuit. Virgil. Aen. XII. 162: bis sex commemorat. hoc spectat ad menses vel signa caelestia, illud haud dubie ad numerum planetarum concentumque, qui intervallis planetarum motibusque efficitur. Epitheton ἐπτάτονος Nonnus I. 488 et V. 102: αἰσάρη; III. 242: λύγη; VII. 51: φόρμαγγη; XXV. 428: μολπῆ adiicit. Sol parens Lunae vocatur. V. 166 et IV. 283. Vide Wernick. ad Tryphiod. v. 519 p. 411. Certaminis, quo Sol cum Neptuno de Corintho contendit, mentio fit XLIII. 184: conf. Pausan Corinth. ep. I. 6. Fabulam de proditis Martis et Veneris furtivis amoribus ab Homero Odyss. VIII. 271 sqq. expositam Nonnus attigit XXIV. 305; XIX. 361; XXXIII. 309. Solis armenta commemorantur XV. 274 (conf. Hom. Odyss. I. 8; XXIII. 329; XII. 322). Sol est πολυάνυμος XL. 400: Mithras Persarum XXI. 249: Ἀστρόφοις Φαέθων ἐν Περσίδι Μίθηης. Stat. Theb. I. 716: seu te roseum Titana vocari Gentis Achaemeniae ritu seu praestat Osirin Frugiferum seu Persei sub rupibus antri Indignata sequi torquentem cornua Mithram. Idem Hercules est Astrochiton XL. 369 sqq., quo loco Solis vis ac natura more hymnorum celebratur (conf. omnino Orph. hymn. VII.) et 392: Βῆλος ἐπ' Ευφρήταο, Δίβις κεκλημένος Ἄμηλων, Ἄπις ἔφυς Νειλῷος, Ἄρσεψ Κρόνος, Ἀστρόφοις Ζεύς (vide Voss. epistol. mythol. tom. IV. 49. Cadmus Soli medium Thebarum portam consecrasse fertur V. 78. Aethra, urbs Indiae, eidem deo sacra fuisse dicitur XXVI. 85: οἵ τ'

έχον Ήλιοιο πόλιν καλλίκετον Αἴθορην, ἀπινεφίλου δαπέδοιο θεμεῖλον. Hactenus de Sole. Restat, ut duos afferam locos, quorum alter est XLVI. 125: διδύμους Φαέ-  
σοντας ἐδέσκετο καὶ δύο Θύβας, Pentheus scilicet furore captus. haec ex Euripide  
(Bacch. v. 912) hausta esse, quisque videt. Virgil. IV. 470: et solem geminum et  
duplices se ostendere Thebas. Vide omnino Gesner. annot. ad Luc. Pseudologist.  
tom. III. p. 177 (ed. Reitz.); alter XXXV. 241: Ἔρωτες (portam urbis fugientibus ape-  
riens) ηὐλος πέλε Βάνχους i. e. qui lucem seu salutem attulit. conf. Suid. s. h. v. et  
Godofr. Bernhardy p. 839. Iacobs. annotat. ad Antipatr. Sidon. Epigr. XLVIII. tom.  
VIII. p. 63. Etiam latine clarissimus quisque homo aut res aliqua eximia figurate  
Sol dicitur. Vid. Forcell. tot. latinit. Lexicon. s. h. v.

λυκάβας vox homerica, aliis quoque poetis epicis usurpata (vid. Northm. ad Tryph.  
v. 6), apud Nonnum quatuordecim locis reperitur omnibusque praeter unum (XXXVIII.  
252) ita est posita, ut alterius pedis thesin, tertii autem trochaeum teneat. XL. 372:  
quem locum supra iam attulimus, λυκάβαντα poeta dixit υἱα χρόνου. VII. 116: Ὡραι  
Συγατέρες λυκάβαντος vocantur: conf. XI. 486: Ὡραι ἀσταρέσ Συγατέρες λυκάβαν-  
τος, ἀελλοπόδοιο τοκῆος. Quo loco Cunaeus (animadv. p. 107) poetam ἀγραμματίας  
et ἰδιωτείας accusat. Evidem adduci non possum, ut credam, Nonnum, qui ἀελλόπους,  
ἀπαμαντόπους, ἀρτίους, εὔπους, νέπους, τρίπους et, quae est altera huius vocis forma  
(conf. Q. Smyrn. X. 189) ἀεροπόδης, ὄρνιπόδης, εἰλιπόδης permultis locis posuerit nec  
ullo loco a recta declinatione discesserit, hoc uno loco ignorasse nominativum Simo-  
nidei illius ἀελλοπόδου. XXV. 7: πρώτους ἔξι λυκάβαντας... δέσιον. adde ib. 367;  
IX. 284 (Q. Smyrn. I. 6; III. 327). VI. 243: λυκάβαντα τελέων. Conf. XXX. 231.  
M. E. Ioh. Δ. 209; Σ. 65: κείνου πέλεν ἀρχιερεὺς λυκάβαντος.

δυωδεκάμητον Hesiod. Ἐργ. καὶ Ἡμ. 750: πᾶς, Sophocl. Trach. 645: δυοδεκα-  
χρόνον i. e. annum.

αἰθέρος ἐπτάζωνον ἵτυν ὄδεύων. De vocabulo αἰθήριο plura ad v. 222, de epitheto  
ἐπτάζωνον conf. Dorvill. ad Charit. p. 664 et Gesn. ad Claud. de cons. Stilich. l. III.  
135: quae septem scopulis zonas imitatur Olympi. Hae igitur zonae orbes sunt sep-  
tem planetarum: alioqui enim quinque zonis caelum distinctum est. Nonnus caelum  
constanter ἐπτάζωνος dicit, velut III. 350: — ξωνος αἰθέρος κενεών. I. 45; XL. 250:  
πόλος. VIII. 53; XLVI. 67; V. 65: et hoc l. v. 381: οὐρανός. v. 229: ζώνης ἐβδο-  
μάτης ὑπὲρ ἀντιγον. v. 312: οὐρανὸν ἐπτὰ περὶ ζώνας κυκλούμενον. adde II. 171: VI.  
334; XXV. 396. — ἵτυς. Hesych. explicat παντὸς τοῦ περιφεροῦ τὸ τελευταῖον μέρος.  
Homerus rotae curvaturam ἵτυν dicit. Est omnino ambitus vel orbis. Nonnus II.  
391: πᾶσα τετράπλευρος ἵτυς οτυφελίζετο κόσμου. epitheton τετράπλ. Cunaeus (animadv.  
p. 25) acerbe reprehendit. Est sane τετράπλευρος κίνη obeliscus (*sic* Buz. ἀδ. p.  
101). τετράπλευρον δόφι ipse Nonnus M. Ev. Ioh. T. 92 crucem dicit. At poetam  
non ignorasse, ἵτυν rotundam, non quadratam esse, ex epithetis εὐκυκλος, τροχόσσον,  
quae huic nomini adiunxit, appareat. Illo loco τετράπλευρος κόσμος est. quatuor  
enim regiones mundi intelligi vult, sed suo more traduxit epitheton ad vocem ἵτυς,  
quae cum nomine κόσμου quasi coalescit. Ceterum ἵτυς his fere locis legitur: VI.  
86; LXV. 333; II. 575 (*ποικιλόνυμον*), 700; IV. 276 (*φλογόσσον*); h. l. v. 32 (*εὐ-*

κυκλον) ἵτων ἀστρων. IX. 36: πατρῷην δεδοκημένος ἵτων ἀστρων. VI. 338: γαλαξιάτην ἵτων. Dein de mammis I. 530; XXIV. 185: ἵτως μαζῶν. item XLVIII. 115: τροχόσσοσα. XXXIV. 280: σφριγόσσωα et h. I. 128: εὔκυκλος. Tum vero de curvatura maxillae XXVI. 325: elephas νέκυτ ύψοσσεν τρόκυτιξεν, αἰδύσσοσαν ἀλιηδόν ἵτων οκολοδο γενείου.

στεφανηδόν. Vocabulum Nonno frequentatum: paullo infra v. 183: στεφανηδόν ἵππεύων ἀντιγα τήσου. XLIII. 227: ἀμφὶ δέ μιν στεφ. ἐπέρθεσον.... Ἰνδοί. XXVIII. 326: Δηριαδῆν στεφαι. ἐμπράσσωντο βοείου. XII. 16: γεράνων ἵπταιμένων στεφ. ὀμοβούι τινὶ κύκλῳ. XLVI. 128 et 180: ἀμφὶ δέ μιν στεφ. ἐκυκλώσαντό τινες. adde XXII. 253; XVII. 331; XXXIX. 133; M. E. Ioh. Z. 8; XXXV. 270: ἀμφὶ δέ τύμφαι ἔγγυς ἔσσων στεφαι. M. E. Ioh. A. 211: πεπταιμένων στεφανηδόν ἀστρήτων κενεώνων οὐρωνοῦ: cum cava sc. caeli nondum visa circumcirca aperirent seu patesierent. II. 175: νεφέων στεφανηδόν.... παλύπτησας οὐρανὸν ἐφράσσειτο.... Ήρα (conf. Hom. II. V. 749). ib. 249: ξωσαμένη στεφ. ὅλην χθόνα κυκλάδι μίτοη (πέξα Ὀκεανοῖο). XLI. 105: ἴμας στικτὸς (Veneris) στεφ. ἐπ' ἤεντι κύκλον ὑδίξας δέμας μίτρωσεν ἀνάστησης (conf. Hom. II. XIV. 214). XXXII. 29: λαγόνιας στεφανηδόν.... δήσατο κεστῷ. XL. 107: αὐχένιον δὲ τένοντα πέριξ στεφ. ἐλέξας δοδάκων ετ. XXV. 461: καὶ βροτέψ στεφανηδόν ἐπὶ χροὶ τῶτα συντάπτων δράκων. XXI. 61: ἀσφαράγοιο Σλιβομένου στεφαι. X. 340: παλάμιας στεφ. ἐλέξαμενοι διὰ τῶτου (in luctando sc.). Conf. XXXVII. 546; XLVIII. 130; XLVI. 135: μέσας στεφ. ἐν ἀντιγα χειρας ὑδίξαμ... ἀντὶς κίονα βαίτων. XVIII. 137: πλοναμίδας κινοῦ στεφ. μιτρώσας. XXV. 395: τέίρεα πάντα (signa caelestia) μιτρώσας στεφ. ἐλεξ ποικίλλεται αἰδήρ. VI. 74: σφαῖδων ιδών στεφ. i. e. undique, omni ex parte. XIX. 278: τὴν αὐτὴν στεφ. ἀτέρμονα τύσσοσαν ἀμείβων, quo loco Sileni saltatio describitur. XXVII. 157: ὀππόστι γαίης μεσσατίης στεφ..... ἐν γόσιν Ἰνδοῖς ἐλίσσεται. XXXVII. 49: Σῆκε (τένενας) στεφ. κόσμῳ. Vides, hoc vocabulum Nonno in deliciis fuisse et est sane illud perquam aptum numeris, quibus uti solet.

όδεύων. Apud Homerum uno loco (II. XI. 569: ἐπὶ τῆς ὁδεύειν) reperitur. Nonnus frequentavit illud et posuit absolute quidem M. E. Ioh. A. 134; Φ. 110; IV. 315; III. 106: τωδός ὁδεύεις.. XLVIII. 761 (βαρύγυρον); XI. 197 (ἀκις). M. E. Ioh. τ. 25: εἰ ταχὺς ἥλθεν ὁδεύων. B. 67: οἵσι ὄμαστολος ἐσμός ἐταίρων μίσων οἴμων εἶχεν ὁδεύων. XX. 143: περόων δὲ Τύρον καὶ Βύζιον ὁδεύων. i. e. in itinere superavit Tyrum atque Byblum. puto enim ὁδεύων esse iter faciens. sed erunt fortasse, qui accusativum Βύζιον pendere malint ex ὁδεύων. XLV. 139: ὁδεύων παρέστιχε τόπον. XXIX. 170: umbra corporis humani ὀγκωστῆς ὄμαδομος ἀνδρός ὁδεύει; aut additis praepositionibus εἰς et διὰ, velut I. 475: ἐς Ὀλυμπον ὁδεύων. XXVI. 407: φόος διὰ γαίης ὁδεύει. XVI. 72; XLVIII. 515: ἐσω λεπιδῶν. XLII. 174: βοῦς ἐσω πλαταζωνος ὁδεύων. Deinde adiicit accusativum non modo vocis οἴμων, sed etiam aliorum nominum. Conf. Apoll. Rhod. IV. 838: ἀλλ' αὕτη δολικήν τε καὶ ἀσπετον οἴμων ὁδεύειν. idem codem libro v. 1541: οκολεψην ἔρχεται οἴμων et IV. 1441: τρίλυχε δὲ οὖν κάκεινος, ἀπε χθόνα πεξός ὁδεύων, δύψῃ καρχαλέος. Tryph. 102: μηδὲ δυσέμβατον οἴμων ὁδεύῃ. Orph. hymn. LXIV. 5: μέργαν οὐρανὸν ὁδεύει. Itemque Nonnus II. 127: δὲ ἵντιπόρου κιλεύσου οἴμων ὁδεύων. M. E. Ioh. B. 64: καταβάτεν οἴμων. Σ. 9: ἐρημάδα πέξαν. IV.

**337:** πέδον Βουβίων ὁδεύων. **I. 98:** ὁδεύει πόντον μετ' αἰδέραι. **XXXIX. 48:** προχοήν (ῥόου) ὁδεύων. **XVIII. 45:** Ταυρείην πέζων ὁδεύων (vehitur autem currū). **XXI. 312:** ἡελίου βαλβίδα ὁδ. **XXXVIII. 237:** ἔως ὅλου οἴκου ὁδεύσω. **M. E. Ioh. T. 64:** κῆπον ὁδεύων. **XXVII. 186:** ἵχνεσσιν ἀβρέκτοισιν ὁδεύσατε... ὕδωρ. **III. 6:** οὐκέτε ἵχνεσσιν ἀβρ. διδεύετο.... ὕδωρ: quod ipsum non prorsus exemplo caret. (Vide H. Stephani Thes. t. Gr. ed. Par. s. h v.) **XXXIII. 287:** ἀνθερίκων στρατὸν (edit. στατόν) ἄκρον ἀκαμπέα ποσοῖν ὁδεύων. Iuvat his comparare Homericā illa, quae leguntur II. XX. 225 sqq.: αἱ δὲ δύτε μὲν οικιστῶν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν ἐπ' ἀνθερίκων παρόν δέον οὐδὲ πατέκλων. Virgil VII. 808: Illa vel intactae segetis per summa volaret Gramina nec teneras cursu laesisset aristas. Ovid. Met. X. 654 Posse putas illos sicco freta radere posse et segetis canae stantes percurrere aristas. Quod Graefius reposuit, στρατὸν, alio loco ex Nonno quidem petito num firmari possit, dubito. ἀκαμπέα autem per prolepsin dictum est. Ex his, quos protulimus locis, colligitur, ὁδεύειν esse et ambulare et incedere et curru vehi atque de itinere terrestri aequa ac de cursu maritimo dici.

Κάμνε πυρὸς ταμίης ἐτέρῳ πυρὶ. Conf. VI. 363: εἰ πυρὶ κάμνω. **IV. 225:** ἐρωτότοκῷ μεριμνῇ καμοῦσσα. **XLII. 104:** Iupiter Europae νυμφίος τηλέκον οὖμα περήσας οὐκ ἐσβεστεὶ ἴμερόν πῦρ, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἐκαμνεῖν ἐν ὕδασιν. **VII. 207:** ἐν κραδίῃ κάμνε πάλαι. **XXXV. 137:** κάμνον ἐγώ, κρύπτουσσα τεὸν πόδον. adde ibid. v. 36; **XLVIII. 528:** Apud Nonnum praeter: κάμνω, κάμνειν, κάμνων, κάμνε (imperativ.), ἐκαμνον vel κάμνον, ἐκαμνον vel κάμνων, nisi locus me fugerit, non aliud tempus huius verbi legitur. Ac plerumque ita κάμνειν usurpavit, ut a veterum scriptorum usu aut nihil aut paululum discederet: nec tamen ab omni novandi studio abstinuit. Atque Homericam illam locutionem πολλὰ κάμνων servavit **XXV. 197,** quibus simillima sunt, quae reperiuntur **XXXVI. 430:** ὥστε φίλοι... ἀπερ κάμνον ὑψόσι πύργων. Ad homericum huius vocabuli usum accedunt haecce: **V. 83:** ἀγαλμα φαεινοτέρῳ κάμνε πόσιμῳ. **138:** Ἡφαίστου σοφὸν ἐγον, ὅπερ κάμνε Κυπρογενείη. **XXIX. 200:** οὐδε (πάλονς) Ἡφαίστος ἀμιμήτῳ κάμνε τέχνη. **XLIII. 402:** ὀππόσα Νηρεΐδεσσιν ἀμιμήτῳ κάμνε τέχνη. **XL. 426:** τις δαίδαλα ταῦτα κάμνε et, quod paulo audacius dictum est, v. 576: πηγῆρα οὐρανίη κάμνε τέχνη. itemque **XLII. 319:** ἐντεα ταῦτα τις οὐρανίη κάμνε τέχνη. conf. **XXV. 338:** τεύχεα κάμνε Δίηνιος ἀξιων. item **XXVIII. 6:** δαίδαλα πολλὰ κάμνε Δίην. ἀξι. **XXXVII. 587:** ἀμιβόντας (i. e. canterios. conf. Hom. II. **XXIII. 712:**) κάμνε τέκτων. His igitur locis omnibus est affabre vel scite facere seu fabricari. Deinde κάμνειν est fatigari, delassari, male affectum esse, labore confici vel omnino laborare, velut **XIX. 283:** γούνατα κάμνε. **XLVIII. 135:** ἐκαμνειν (in luctando) ὡς βροτός. conf. **XXXVII. 534;** **IV. 382, 389.** — **XI. 451:** κάμνον ἐγώ καλέων σε. **XXXI. 104:** Ἀτλας κάμνει. **XXXVIII. 213;** **XXXIV. 69:** ἐλκει κάμνων. **XVII. 207:** αὐτάρ ὁ κάμνων ἐγκει πετρήσει (sc. saxo ictus). **XI. 54:** κύμασι κάμνων (in fluctu laborans). **XXI. 187:** ξείνῳ πένθει κάμνειν. **M. Ev. Ioh. II. 127:** καμόντες (i. e. Σληνίφειν ἔχοντες). **XIII. 494:** ἀλλωρ θερμοτέρῳ νοερῷ πυρὶ κάμνει Τυφωεύς: quem locum explicavit Cunaeus (animadv. p. 115 sqq.), iure istas poetae argutias perstringens. Tum vero: κάμνειν ταῦ i. e. ὑπέρ τυνος et περὶ ταῦ Nonnus dixit, ut **XVI. 199:** κάμνει

τεῦ βασιλῆς et XXV. 417: καὶ Ζῆθος ἔην περὶ πατρίδι κάμυων: altero loco quis fortiter pugnare pro rege iubetur, altero Zethus dicitur ad muniendas Thebas saxa humeris apportasse. Iam vero prolatis locis, quibus haud facile animadverteris, quo Nonnianus huius verbi usus possit offendere, addam alios quosdam, de quibus idem dicere vix liceat. Nam ut ferantur illa: XX. 49: ὅτι μὴ κάμις ἀξια τρέπεται, XXX. 274 aut τάπερ κάμις Περσέος σφῆτη. M. E. Ioh. Δ. 183: Ἰησοῦς .... ἔργον ἀποτον κάμις νεκρὸν ἐγείρεις, tamen, cum legimus XXV. 30: τῶν ἀγώνα κάμις aut M. Ev. Ioh. Η. 118: μὴ γάρ Χρυστὸς ..... ἔργων ᾧν κάμινον οὐτος ὑπέρτερα διαύματα φέξει. Z. 4, 110: διαύματα κάμινον ηδάδι μυθῷ. Θ. 111: Ἀβραὰμ οὐ κάμις τούτο δέοστυγές. E. 114: οἱ δὲ καμίντες ἔργα πουλυπλανέος βιοτῆς (i. e. οἱ τὰ φαῦλα πράξαντες). Δ. 140: ἔμοι φάτο πάντα τάπερ κάμιον (i. e. πάντα δύνα ἐποίησα), haec igitur aliaque his similia cum legimus, fieri non potest, quin ea insolentius dicta sentiamus, quamquam non infitior, ne his quidem locis Nonnum mihi videri καμίνει ponere pro ποεῖν vel πράττειν, nisi ubi id ipsum, quod latine verbis moliri, conari significetur, intelligatur. — ταμίης πυρός conf. XII. 36: καὶ τινα μυθὸν ἔειπε πυρὸς ταμίης Τπερίων. Simili modo Mercurius V. 118: ταμίης υπνου dicitur. conf. Hom. Odyss. V. 46: εἴλετο δὲ γάζδον, τῇ δὲ δινδυνή δύματα δέλγει. XVI. 194: η γάρ σε Πάν ταμίην οἰκτιγμονα δῆκεν ἐρώτων. (conf. Ellendii Lexic. Sophocl. s. h. v.) M. E. Ioh. B. 43: δατὸς ταμίης. Ceteros locos nunc quidem omitto afferre.

ἔτερον πυρὶ. Ovid Metam. IV. 198: Nempe tuis omnes, qui terras ignibus uris, ureris igne novo. Praetermissis iis locis, quibus πῦρ aut propria vi positum est aut calorem aut fulmen aut facem nuptiale significat, eos tantummodo ex Nonni carminibus proferam, quibus amoris aestus sive ignes significat. Hunc huius vocabuli usum auctoritate aliorum scriptorum firmari, nemo doctus est, qui ignoret. Conf. Callimach. Epigr. XXVI. 4: νῦν δ' μὲν ἄλλης δὴ δέρεται πυρί; XLVI. 2: ἔστι τι πῦρ ὑπὸ σποδῆς et XLVII. 4: ἐκείμαν ἐν πυρί. Conf. Jacobs. Annot. ad Meleagr. Carm. XVI. et LXXVI., et Phil. Epigr. II. Inde metaphorice ἐκκαίειν valet amore incendere. vid. Locell. ad Xenoph. Ephes. p. 141. Nonnus multis locis πῦρ intelligi hos ignes voluit, velut XXXIII. 248: ἄλλη δερμοτέρῳ πυρὶ βάλλομα. XIII. 327: Alpheus fluvius Arethusae amore inflammatus: δερμὸν ἔχων ψυχρόῳ δὲ υδατος ἀπτόμενον πῦρ. XLII. 5: φρέτη (Cupidinis) πληθουσα πυρὸς μελαχίου. VI. 362: Παφίης πῦρ. IV. 157; XLII. 103: ἡμερόεν πῦρ. XXXIII. 221: γλυκερῷ πυρὶ τρομέων. IV. 176: ἀπηγέντον δὲ ἐνδόμυχον περὶ φρένα βοσκόμενον πῦρ. XV. 319: ὅπως ἀλιέω ἐμπεδον ἔλκος Ἔρωτος, υπὸ φρένα βοσκόμενον πῦρ.

Haec hactenus. Iam enim fines his commentationibus apud nos quidem praescriptos egressus sum. Pauca sane sunt, quae his schedis mandare licuit, sed nihil refert; nam si viris doctis displicerint, vel haec scripsisse me poenitebit; sin, id quod vehementer cupio et exopto, placuerint, operam dabo, ut cetera melius diligentiusque instructa et ornata prodeant.

τεῷ βασιλῆῃ et XXV  
titer pugnare pro rō  
meris apportasse.  
Nonnianus huius ve  
dicere vix liceat. N  
aut τάπερ κάμει Περο  
κρόνι ἐγείρας, tame  
**118:** μὴ γάρ Χριστὸ  
Σαύματα κάμειν η;  
οἱ δὲ καμόντες ἔργ  
ἔμοι φάτο πάντα τά  
lia cum legimus, fi  
non infitior, ne his  
πρόσττειν, nisi ubi ic  
gatur. — ταμίης :  
Simili modo Mercu  
λετο δέ γάρδον, τῇτ  
μονα θήκει ἁσθωτε  
τὸς ταμίης. Cetero  
ἐτέρῳ πυρὶ. Οὐ  
ureris igne novo. Pi  
lumque aut falsum.

ετέρῳ πυρὶ. Οὐ  
ureris igne novo. Po-  
lorem aut fulmen a-  
bus proferam, quib  
auctoritate aliorum  
Epigr. XXVI. 4: νῦ  
δεῖη et XLVII. 4: ἐ<sup>τ</sup>  
LXXVI., et Phil. I.  
Locell. ad Xenoph.  
luit, velut XXXIII.  
Arethusae amore in  
5: φαρετρῃ (Cupidin  
XLII. 103: ἡμερόσιν  
άει ἐνδόμυχον περί<sup>τος</sup>, ὥπο φρεσία βασι-

Haec hactenus.  
tos egressus sum. Nam si viris doctis  
menter cupio et ex-  
structa et ornata pr-

© The Tiffen Company 2007

TIFFEN® Gray Scale

R	G	B		W	G	K	C	Y	M	
A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10

αινων: altero loco quis for-  
muniendas Thebas saxa hu-  
l facile animadverteris, quo  
s quosdam, de quibus idem  
άμεις ἀξια Ρείγε. XXX. 274  
..... ἔργον ἀποτον κάμε νε-  
να κάμε aut M. Ev. Ioh. II.  
Σαύματα ὁέξει. Z. 4, 110:  
ιε τοῦτο Σέουστυγές. E. 114:  
ραῦλα πρόδειντες). Δ. 140:  
haec igitur aliaque his simi-  
dicta sentiamus, quamquam  
ζητεῖται ponere pro ποιεῖν vel  
conari significetur, intelli-  
γεῖται πυρός ταμίης Τερείων.  
onf. Hom. Odyss. V. 46: εἰ-  
η̄ φά σε Πάν ταμίην οἰκτιφ-  
ν.) M. E. Ioh. B. 43: δαι-

es, qui terras ignibus uris,  
propria vi positum est aut ca-  
tummodo ex Nonni carmini-

Hunc huius vocabuli usum  
qui ignoret. Conf. Callimach.  
VI. 2: ἔστι τι πῦρ ὑπὸ σπο-  
ad Meleagr. Carm. XVI. et  
valet amore incendere. vid.  
πῦρ intelligi hos ignes vo-  
XIII. 327: Alpheus fluvius  
Ἰδατος ἀπτόμενον πῦρ. XLII.  
362: Παφίης πῦρ. IV. 157;  
μέων. IV. 176: ἀπογῆυτον  
ἀλιξέα ἐμπεδον ἐλλος Ἐον-

apud nos quidem praescrip-  
dare licuit, sed nihil refert;  
penitebit; sin, id quod vehe-  
era melius diligentiusque in-

Gedruckt bei E. Krämer in Potsdam.